CAROLI NICOLAI LANGII
Lucernens. Helvet. Phil. & Med.
Acad. Cæs. Leopoldino-Carolin. Societ. Reg. Prussicæ & Phys. Crit. Senens.
nec non Reip. Lucernens. Senatoris.

METHODUS
Nova & facilis

TESTACEA MARINA

Pleraque, quæ huc usque nobis nota sunt,
in suas debitas & distinctas Classes, genera, & species distribuendi,
nominibusque suis propriis structuræ potissimùm accommodatis
nuncupandi,

APPRIME NECESSARIA ET UTILIS OMNIBUS IIS,
Qui eorum cognitionem ex fundamento scire cupiunt,
& sibi ex illis museum regulare erigere tentant;



Nam in eâ non solùm reperient

NOTAS CHARACTERISTICAS
CUJUSCUNQUE CLASSIS ET GENERIS
TESTACEORUM

in ipsis Libri Titulis quàm diligentissimè expressas
sed etiam nomina præcipuorum Authorum, qui illa describunt,
numerosque paginarum & Tabularum, in quibus exposita
& delineata occurrunt,



ITA UT E PRÆSENTI METHODO,
Licèt ob defectum Occasionis Tabulis æneis prorsus destitutâ
facilè cujusque testacei descriptio & effiges inveniri possint,
Modò B. L. ad hoc necessariis libris instructus sit:
Multùm insuper conducet
AD LAPIDES FIGURATOS MARINA REPRÆSENTANTES RITE DISTINGUENDOS,
ad quem finem præcipuè contexta est.

 LUCERNÆ, MDCC XXII.

Sumptibus Authoris, Typis Henrici Rennwardi Wyssing.
SUPERIORUM PERMISSU.

Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in Sapientiâ fecisti: impleta est terra possessione tuâ. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naves pertransibunt. *Psal.* 103. *v.* 24. 25. 26.

HErr wie groß und herrlich seynd deine Werck! Du hast alles weißlich gemacht: die Erden ist mit deinen Gütteren erfüllet. Es ist auch diß grosse Meer / daß sich weit außstrecket mit seinen Armen: darinn seynd schwimmende Thier / deren kein Zahl ist. Die kleine Thier mit den grossen: daselbst fahren die Schiff hindurch. *l. c.*



PRÆFATIO ISAGOGICA
in
METHODUM
Novam & facilem
TESTACEA MARINA
in ſuas Claſſes, genera, & ſpecies diſtribuendi.



§. I.

Occaſio præſentis Opuſculi.


LEGIMUS, AMICE LECTOR, in Plutarco lib. 8. cap. 8. Scipionem & Lælium unum virtute belli, alterum eloquentiâ & conſilio olim apud Romanos præſtantiſſimum, ambos verò arctiſſimâ amicitiâ conjunctos ſæpius Cajetæ & Laurenti conchulas & calculos lectitaſſe, ut nimirum ſuum à ſeriis & gravibus negotiis defatigatum animum hâc innocenti & jucundâ contemplatione aliquâ ex parte oblectarent & ſublevarent, quod exemplum poſtea plures alii genere & doctrinâ illuſtres Viri eundem ob finem non ſine ſenſibili emolumento imitati ſunt, ita ut tandem vetus illud adagium exortum fuerit: conchas legere, id eſt, ſeſe oblectare & recreare &c. Kurtzweilen/ Schimpffen. paſſer le temps. divertirſi.

Scipio & Lælius Cajetæ & Laurenti ſæpius conchulas & calculos lectitarunt.

Tantorum virorum præclaro exemplo invitatus & ductus mihi quoque propoſui, meum poſt tam diuturnam & periculoſiſſimam febrim continuam, feliciter tamen divino auxilio ſuperatam languidum ſtatum valetudinarium hâc ſuavi meditatione tranſigere, ſicque mihi

Quod exemplum fuit prima occaſio hujus opuſculi.

(o) magis

magis acceptum & jucundum reddere; viribus enim totaliter fractus & exhaustus ad alia tam mentis quàm corporis exercitia non eram dispositus, quàm quae eodem tempore suaviter occupare & simul delectare, mitigare ac restaurare possent.

Secunda occasio. Præter enarratum meum statum valetudinarium mihi insuper ad simile delectamentum inchoandum non minorem præbuit ansam haud exigua mea marina supellex, quam jam à pluribus annis in scriniis sed negligenter tantùm & sine ordine dispositam conservavi, eo nimirum animo, ut illam dato opportuno tempore & occasione semperque desiderato à magis necessariis occupationibus otio in methodicam quandam seriem collocarem & dirigerem, optimè animadvertens, simile consilium, si debitè ad suum finem perduceretur, haud leve studio naturali præsertim verò Lapideo Lapides Figuratos marina repræsentantes respicienti adjumentum allaturum fore, quod etiam mihi in hoc incepto exercitio unicus & præcipuus fuit finis & jam ante quatuordecim annos in præfatione Historiæ meæ Lapidum Figuratorum Helvetiæ ejusque viciniæ diligenter inculcavi & ad opus tam necessarium sedulò perficiendum Philophysicos quoscunque, potissimùm verò illos, qui circa maria degunt, invitavi & exhortatus sum, licèt non cum illo desiderabili successu, quem mihi statim promiseram.

Authoris supellex marina unde. Meam verò supellectilem marinam majori ex parte ipsemet collegi, dum circa maria degerem, nobiliorem tamen ejusdem portionem mihi transmiserunt è præcipuis duobus Europæ nostræ Emporiis nimirum Venetiis & Amstelodamo Illustris & magnificus Dominus PETRUS VALKENIER olim Præpotentum Belgii Ordinum ad Respublicas Helveticas Ablegatus extraordinarius, &, dum viveret, Fautor studiorum, eorumque promotor semper eximius, nec non Nobilissimus & Clarissimus Dominus Joannes Hieronimus Zannichelli præstantissimus apud Venetos Philosophus & Pharmacopæus, Amicus meus integerrimus, quorum amborum virorum innumeras gratias & favores in me collatos hic reticere non parvum foret ingratitudinis piaculum; quænam autem & qualia curiosa naturalia à Benevolis istis Fautoribus non minùs quàm ab aliis pluribus amicis receperim, magis distinctè & majori cum gratiarum actione propalabo in enumeratione rerum naturalium in museolo meo contentarum, quod annuente DIVINO NUMINE brevi quoque describam, & hoc opusculum tanquam parvus prodromus præcedit.

Testaceorum Rem itaque, licèt illam valde arduam, admodum amplam & abstrusam

difficul-

difficultatibusque innumeris plenam statim in principio agnoverim, tamen tanquam studio naturali apprimè necessariam & utilem aggredi conatus sum, & ad tale opusculum, quod præ manibus jacet, Cœlo adjuvante durante meo statu valetudinario perduxi, si illud non omnibus numeris absolutum deprehendatur, vel non debito ordine pertractatum judicetur, parcatur, quæso, Valetudinario, condonentur errores viro mente & corpore adhuc imbecilli & insuper longinguo à mari, consequenter exiguâ vel nullâ quasi occassione materiam tam vastam cognoscendi, multò minùs debitè explanandi suffulto. Hìc igitur unicè bonus respiciatur Animus, sinceraque & constans ac quasi innata studii naturalis promovendi cupido, indeque qualiscunque derivatus labor, quem, uti spero, Benevolus Lector æquis salutare oculis, bonique consulere minimè dedignabitur.

cognitio & debitus ordo multum confert ad studium Naturale.

§. II.

Pisces testacei quid sint, & quomodo generentur.

UNIVERSI & penè innumerabiles immensi maris incolæ communi & proprio nomine Pisces vocantur, sine dubio à verbo græco Pio, Bibo, quòd sint animalia aquatilia semper bibentia seu in aquis degentia; Hi vel sunt sanguine præditi & pisces propriè dicti, vel sanguine destituti. De primis hìc nullus fiet sermo, secundi verò iterum dividuntur in molles, crustaceos, testaceos, insecta & zoophita, inter quos nobis solummodò selegimus testaceos in debitum suum ordinem redigendos, utpote qui reliquos omnes sanguine destitutos pisces numero, elegantiâ & varietate colorum, mirabilique suâ structurâ longè superant & antecellunt.

Pisces cur ita vocentur eorumque divisio.

Pisces testacei autem sunt illi, qui constanter in mari degunt, & vel totaliter vel saltem majori ex parte testâ duriore obtecti & inclusi sunt. Plerique (paucissimis exceptis, qui à Plotio aliisque Zoographis vivipari deprehensi sunt) observantur Ovipari, hoc tamen discrimine, quòd aliqui sint divisi sexûs, quorum ova à semine masculino fœcundari debent, alii verò naturam obtineant quasi androgynam piscium instar, qui ova sua emittunt jam germine & testulis donata, at aspersione liquoris cujusdam lactei, quæ genitura seu lac marium à Listero vocatur, denuò fæcundanda.

Pisces testacei quid sint.

Pleriq; sunt Ovipari.

Testacea pleraque ex ovulis nasci confirmatur à pluribus Authoribus, qui hàc de re scripserunt. *Willis in suo Tract. de Animâ Brut. cap. 4. in*

Genitura. seu lac ma-

rium in aquatilibus.

accuratissimâ ostreæ anatomiâ asserit: testas in ostreis ab ovo conatas esse & primò molles, prout mole accrescunt, sensim indurari, idem sentit *cum Clarissimis Viris Aldrovando, Stenone, Gesnero, Hardero, Raio, Loevvenhoeck diligentissimus naturæ Russtator D. Martinus Listerus*, & post hunc pulcherrimâ experientiâ illud evincit *Reverendissimus, & Illustris. D. Antonius Felix Abbas Marsilius postea Episcopus Perugianus dignissimus in suâ de ovis cochlearum Epistolâ ad Marcellum Malpighium Medicum Bononiensem*, ad cujus rei majorem confirmationem alia quamplurima experimenta addidit jam sæpius laudatus *Loevvenhoeck*.

Nullus igitur inficias ibit, testacea more plerorumque viventium ex ovulis nasci suâ aurâ seminali, germine & succo nutritio instructis, ita ut in iis animalculum integrum unà cum testâ jam contineatur.

Ova testaceorum minima sunt. Et in summâ quantitate. Semper racematim emittuntur Cochlearum terrestrium ova.

Ova autem testaceorum tam terrestrium quàm utriusque aquæ, id est, fluviatilis & marinæ in summâ quantitate & valde minuta deponuntur, ita ut quoad parvitatem molis & ingentem fœtuum copiam nec seminibus insectorum nec plantarum cedant. Semper tamen racematim emittuntur, & vel aliquo insensibili glutine inter se cohærent, vel aliquâ geniturâ viscosâ albicante geniture spermatis ranarum haud dissimili, quod è sequentibus observationibus clarissimorum Philosophorum hâc in re valde exercitatorum luculenter manifestatur.

Prima est *Listeri de Cochl. in genere pag.* 107. Illis vero (cochleis terrestribus) ova sphærica sunt, quibus sc. mollis & membranea testa sive cortex est.

Fluviatilis. Cochlea solitana Africa tam magna sunt, ut earum calix. Quadrantes 80 capiat.

Terrestrium cochlearum ova ferè racematim inter se cohærent imperceptibili quodam glutine, at fluviatilium ova quâdam geniturâ limpidâ instar ranarum spermatis implicantur. Hâc etiam maturescunt, donec ad formam singulæ speciei propriam & perfectam pervenerint; ipsâ sc. geniturâ adhuc integrâ & non resolutâ, & paulùm inferius. *pag.* 109: nam & valde amplæ sunt quædam ex Africâ, quæ solitanæ vocantur, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere possint; & sic in aliis regionibus eædem inter se collatæ & minores sunt & majores.

Hæ in fœturâ pariunt innumerabilia, earum semen minutum & testâ molli, diuturnitate obdurescit. *Ex Varro, de re rustic. lib.* 3.

Item *pag.* 132. Sub initium Maji ad radices lapathi paululum sub terrâ eorum ova velut in massam conglomerata invenimus, his autem color pallidè cæruleus, singula ad magnitudinem piperis grani sphærica cortice molli contecta. Et *pag.* 138. *de cochl. fluv.* item vere coeunt, quod ipsi sæpiùs vidimus. Majo ineunte in quibusdam piscinis, ubi hæ coch-

leæ

leæ abundarunt, & paucæ aliæ repertæ sunt, harum semen genitale magnâ copiâ observavimus. Herbis autem quibuslibet aquaticis adhærebat, eratque hujusmodi: longitudinem unius unciæ, aut duarum aliquando, crassitudinem pennæ anserinæ majusculæ implebat; teres admodum; utrâque extremitate paulò tenuius, & obtusum; instar crystalli pellucidum; tactu satis firmum; si illud luci oculisque interponas, innumeræ exiguæ cicatriculæ figurâ ovali tibi fient manifestæ; ordinatim dispositæ; quibus omnibus juxta cicatriculæ limbum singula sua punctula flavicantia. Et *pag.* 140. Medio Majo harum sperma diligenter observavi; erat autem crassum, paulò longius supra unciam dimidiam; instar crystalli pellucidum. In cujus medio (adhuc enim non resolvebatur) inerant plurimæ exiguæ cochleæ ad magnitudinem seminum papaveris; ipsâ tamen testæ figurâ maximè notabiles, & facilè cognoscibiles. *Ovorum cochlearum fluviatilium descriptio.*

In auctario pag. 43. Ex asperitate verò testæ exigua proles extrinsecus adhærens, satis conspicua fuit, at in dies illa fœtura aucta est, ut post mensem tubercula instar sinapis seminum quodammodo visa sunt; jamque microscopio modicæ virtutis inspecta, instar cujusdam favaginis mihi apparebant: Et *in exercit. anat.* 3. *Conchyl. Bivalv. pag.* 9. Ovarium autem (de musculo lato maximo &c. loquitur) quod pedi carinato subesse cujusdam bursæ diximus, in fœminis flavescebat, à quo incisurâ aperto, exiit liquor tenuis innumeris ovulis farinaceis & albicantibus refertus, microscopio certè visibilibus, imo verò nudis oculis attento: & *pag.* seq. de ovis autem hæc præterea ad eam partem musculi, quâ respirat, nempe ab ipso cardine ad imam marginem plurima ova sphærica cortici duriusculo adhærere, sed multo luto aliisque sordibus interspersa. *Musculi lati maximi ovarium.* *Et ova.*

In dissectione musculi angustioris sequentia observavit. *pag.* 15. Medio autem Julio mense ab his musculis è fluvio recenter expiscatis, in fictilibus, ubi eos biduo servaveram, fœturam fortè emissam vidi: nempe farinaceam & albissimam quandam materiam frustulatim inter se & leviter tantùm cohærentem. Ab uno autem musculo tanta erat copia, ut facilè totum ejus latus tegeret; ipsa verò farina tantæ erat subtilitatis, ut nudis oculis vel conspicillis vulgaribus nihil omninò discernere potui; cùm verò illam microscopio mediæ virtutis objecissem, plane visa est ovorum exiguorum sphæricorum elegans congeries. Hæc tamen potiùs abortio, quàm fœturæ matura & spontanea ejectio existimanda est. *Musculi angustioris ova*

Præter proprias observationes indefessus in rebus naturalibus scrutandis Author aliorum etiam adducit, & primam quidem ex *Historiâ Celeb. R. S. Angl. anglicè editâ pag.* 307. mense Majo fœturam ejiciunt o- *Ostrearum fœtura*

Spatt. strea, id quod a nostris piscatoribus Spatt vocatur. Id autem figurâ lenticulari est, at ipsis lenticulis paulo majus. Saxis verò veteribusque ostreorum testis rebusque similibus, quae omnia Clutch vocantur, per maris fundum dispersis adhaeret.

Clutch.

Non sine ratione conjiciunt, recenter edita ova intra 24. horas testis contegi.

Mense Majo legibus maritimis piscatoribus permissum est, omnigena ostrea, cujuscunque ea magnitudinis sint, expiscari.

Quibus captis fæturam à re, cui adhæret, leniter cultello separant; eà re mari rursus commissâ, ut loci fæcunditas inposterum præservetur; nisi ubi adeo recenter edita sit proles, ut tutò dividi non possit, quo casu iis concessum est, lapidem aut testam &c. auferre, cui adhęret fętura; cùm super unicam testam viginti tenella ostrea sępiùs numerentur.

Post mensem verò Majum id auferre, quod Clutch vocatur, furtum est; nec nisi ea ostrea, quæ justæ magnitudinis sunt, impunè capere licet.

Ostrearum lecti, & strata. Hanc verò prolem aliaque ostrea ad quosdam maris sinus devehunt, ubi ea alveis quibusdam maritimis demittunt, quos lectos sive strata vocant: ibi adolescunt, & pinguescunt; duobus certè aut tribus annis minutissimæ proles ad justam magnitudinem perveniunt.

Porrò recenset pulcherrimas observationes ex *obser. microsc. part. 3. oculatissimi Loevvenhoekii* desumptas. Ac, ut verbo dicam, multæ ex his partibus quoad figuram cum mytulis suis conveniebant, nec tantùm mihi persuasi mytulorum hæc esse ova, sed & vidi, cùm tenaces illas membranas infringerem. Varia quidem ova extra membranas suas jacentia figurâ suâ cum mytulis convenientia. Cùm verò ejusmodi mytulum nondum formatum separarem, mihi persuasi, me vasa aut nervos videre.

Mytulorum ova.

Ova mytulorum infæcunda. Vidi quoque varia ovorum putamina sive membranas vacuas, quas postea observavi, vel potiùs mihi persuasi, esse ova infæcunda. Et paulò inferius: hæc ova majora non erant vulgari glareæ granulo. Item; præterea attendi ad numerum ovorum, quibus mytulorum testæ sunt obsitæ; & ex rudi calculo censui multos mytulos bis mille & amplius ovis esse onustos.

Ostrearum 1728000. ova 3 obuli axis pollicis lati aequant. Et *pag.* 566. 120. ut arbitror, longitudinem pollicis lati æquare posse. Ita 1728000. ostrearum æquat tantùm globum, cujus axis pollicem latum æquat. Quatuor adhuc servaveram postero die aperienda, inter quæ unum erat, in quo tantus erat exiguorum ostreorum numerus, ut alia longè superaret: atque ego horum numerum rudi calcu-

lo ad tria quidem aut quatuor millia supputarem.

Ex huc usque adductis observationibus facilè colligitur innumera testaceorum ovorum copia, eorumque minutissima parvitas, ob quam etiam farinacea vocantur, & levi negotio, nisi suo glutine vel aliâ genitura viscosâ saxis, testis arenis, aut limo firmiter adhæreant, ab aquâ hinc inde transferri possunt, vel etiam unà cum vaporibus aqueis tam subterraneis, quàm iis, qui à mari in atmosphæram nostram attolluntur, elevari, & mediantibus illis, vel ipsis ventis intima terræ penetralia pervadere & illæsa quidem, non secus ac à piscatoribus salva hinc inde transportantur. *Ova testaceorum ob parvitatem farinæ comparantur & facillimè hinc inde transferri possunt.*

§. III.

Piscium testaceorum nutritio & accretio quomodo & in quâ materiâ potissimùm fiat.

JACOBUS GRANDIUS *in suâ doct. Epistolâ de veritate diluvii universalis & testaceorum, quæ procul à mari reperiuntur, generatione pag.* 66. asserit: testacea omnia plantarum more crescere, caputque infrà habere, ventrem suprà, quia cibum de imo capiunt, causamque addit, cur citiùs moriantur in aquâ dulci, quàm in aere, nimirum tenuitatem aquæ non sufficientis eorum respirationi, & salsam lympham, quâ diutius conservantur, in aere attenuantis, atque salinum spiritum, quo ellychnium vitæ alitur, ebibentis. Quæ eadem causa est, quòd in Ponto, cujus oræ crebris fluminum ostiis alluuntur, non sunt testacea, nisi quibusdam in locis pauca; ob id etiam in Venetis æstuariis observatur, testacea interire, quando immodicis pluviis palustris salsedo diluitur. *Testacea plantarum more crescunt, & eorum nutrimentum est lympha salsa.*

Præcipuum igitur piscium intra testacea contentorum nutrimentum erit lympha seu liquor salsus.

Porrò è supradictis jam patet, ova testaceorum terrestrium in massam conglomerata sub terrâ ad radices plantarum sæpius inveniri, fluviatilium verò aut marinorum modò in testis ipsis conchyliorum observari, & plerumque multo luto aliisque sordibus cænosis aut arenosis interspersa, modò saxis veteribus rebusque similibus per fundum maris dispersis adhærere, adeoque etiam utplurimùm intra terram, aut in limo, cæno, arenosis, saxis, aliisque testis hujusmodi quisquiliis aspersis germinare, quod præter authoritatem *Aristotelis lib.* 5. *Hist. an. cap.* 15. asserentis, universim omnia testacea sponte naturæ in limo diversa pro differentiâ limi oriuntur, nam in cænoso ostreæ, in arenosis conchæ, pluribus *Testacea intra terram, limum, cænum, arenas, & saxa germinant.*

aliis

aliis experimentis confirmari poteſt, quorum aliqua tantùm à Celebrioribus Authoribus allata ſubjungam.

Obſervatio R. Marſilii Abbatis circa ovata teſtaceorũ terreſtrium. Primò quidem *Illuſtriſ. Dnus Antonius Felix Abbas Marſilius in cit. Epiſt. de ovis cochlearum* deſcribens locum, in quo inventa ſunt, hæc habet: Effodebantur bulbuli florum in hortulo nunc uſui ſimplicium à me deſtinato. Dum terra removebatur, ſæpiùs accidit, ut aliquot ovorum acervi reperirentur, quæ primò non cognoſcebam, nam licèt multa paterent, quòd nondum perfectionem eſſent adepta, albumen merum emittebant, nec poteram in illis reperire principium aliquod animalculi. Tandem verò factum eſt, ut prope lapides cujuſdam horrei ſeſe eorumdem ovorum tantus cumulus proderet, ut impletâ manu facile mihi fuerit obſervare quædam eorum fractioni proxima, alia ad dimidiam ſui partem, alia omni ex parte jam fracta, atque ex illis cochleolas exeuntes. Hæc invenimus die 10. Julii.

Buccina &c. in ſcopulis frequenter inveniuntur. Vel teſtis adhærentia. Dein *Martin. Liſterus jam ſæpius laudatus in cit. Tract. pag.* 158. obſervavit, Buccina marina Junio ineunte poſt æſtus receſſum in ſicco ſcopulo tempore matutino coire, & pleraque conchylia marina in ſcopulis maris inveniri. Et *in Exercit. Anat. tertiâ pag.* 16. Exeunte verò Auguſto ova aliquot ſub cardine ad imam teſtæ marginem adhærentia videre licuit, duriuſculo cortice & albicante; multis etiam ſordibus in eâ tantùm parte teſtę cumulatè adcretis. Hæ verò ſordes fæturæ causâ adcretæ mihi in memoriam revocant illud *Ariſtotelis de Pinnâ Hiſt. 5. cap. 19.* Scilicet

Pinnæ è byſſo naſcuntur. eas locis arenoſis cœnoſiſque erectas ex byſſo naſci. Ita fortè commoditas ſordium ad byſſum collectarum pro materiâ fæturæ generandæ malè reputata eſt: quæ vulgi obſervatio Philoſopho de pinnarum ſpontaneo quodam ortu impoſuiſſe videtur. Sicut & *Oppiano in Halieutico* ita canenti;

Qui non concumbunt, nec fætus nexibus edunt,
Per ſe naſcuntur, fædo velut oſtrea cæno.

Sed cænum illud, in quo naſcuntur oſtrea, plenum eſt humore genitali.

Jacobus Grandius l. c. idem aſſerit, dari nimirum quaſdam terras, in quibus teſtacea mirâ fæcunditate multiplicantur, & inſigni magnitudine

Chalx ſalsâ lymphâ commiſta nutrimentum teſtaceis præbet. augentur, ut in mari rubro; imo obſtupui, cùm in canali Veneti hujus armamentarii obſervavi ripis, quæ corruerant, novo muro refectis, innumeros pectines, minutiſſimos turbines, mytulos, verticilla, conchas, cochleasque ſpatio unius anni nata adhærere. Quæ obſervatio conjecturam faciebat, fortaſſe chalcem ſalsâ lymphâ commiſtam aptum hujuſmodi animalibus præbere nutrimentum, eorumque ſemen promovere. Imo refert

Bonanni nelle obſerv. delle chiocciole part. 1. *pag.* 43. *& Muſ. Kirch. pag.* 410. *ex Ariſt. lib.* 3. *de gen. an. cap.* 11. In nonnullo ſinu maris paludoſo magnam oſtreorum copiam creviſſe primùm poſt aquarum exſiccationem vel ſubſidentiam, quarum præſentia eorum generationem impediebat. *Aquæ generationem oſtreorũ impedire poſſunt.*

Quod adhuc magis mirandum eſt, teſtacea non ſolùm intra terram, limum, arenas germinant & creſcunt, ſed quoque intra ipſa ſaxa eorum generatio perficitur, prout jam notum eſt de Pholadibus & Dactilis Tarentinis, qui in ſaxis germinant, & è minimo ſemine in ſatis magnam molem accreſcunt. *Teſtacea intra ipſa ſaxa generantur & accreſcunt*

Hoc ipſum legitur in *Bonanno l. c.* ſcribente, ſe ſæpius in aliquo magno lapide è profundiſſimo maris loco extracto, & poſtea rupto vidiſſe minutiſſima teſtacea diverſæ ſpeciei, præſertim verò mytulos ne vix quidem formatos & tam parvos, ut non niſi ope microſcopii obſervari poſſent, in internis lapidum cavitatibus hærentes, qui earum parietibus ſubtili filamento nerveo ex ipſo piſciculo intra conchulam deliteſcente prodeunte alligati erant, & ex iis non aliter ac fructus ex arbore pendebant, hoc ipſum intra ſaxa maris Tarentini frequenter obſervavit, hoc ſolùm diſcrimine, quòd in his tantummodo conchylia bivalvia continerentur. Idem ipſemet vidi Venetiis in lapidibus duriſſimis mytulis & muſculis quaſi omnimodè repletis. *Teſte Bonanno.* *Et ipſo Authore.*

Hujuſmodi minimas cochleolas perfectè jam formatas intra ipſas arenulas in magnâ quantitate etiam deprehendi ait. *Et inter arenas.*

Deſcriptis locis nativis, in quibus teſtacea plerumque naturaliter germinare ſolent, ſuccedit explicandus modus eorumdem germinationis & accretionis ſeu nutritionis. Cùm verò ſuperiùs jam de generatione piſcium teſtaceorum abundè tractatum ſit, hic tantùm de accretione & nutritione teſtarum ſermo erit.

Mart. Liſt. in diſſect. Muſc. Ang. ſup. jam citat. pag. 16. putat, teſtam muſculi ex vitali contenti piſcis ſucco accreſcere & nutriri, ſubſtantiamque ſuam lapideam inde acquirere, ejus verba ſunt hæc: Ex internâ autem teſtarum parte membranam aliquam tenuiſſimam ſeparavi ex argento pulchrè cæruleſcentem, id eſt, ejuſdem cum ipſis coloris micantis; neque tamen iis, quæ ſubfuerant, nudatis defuit ſuus elegans nitor priſtinus. Unde conjicere licet, materiam lapideam ſive teſtaceam plurimis membranis lamellatim diſpoſitis includi, perinde ut in margaritis, ſed in his orbiculatim una alteri circuminjicitur, in illis verò eædem membranæ ex plano ſibi invicem ſuperextenduntur. Ipſa autem materia lapidea membranis iſtiuſmodi illita, ac obdurata, à ſucco ani- *Teſtæ muſculorum è vitali piſcis ſucco accreſcunt & ſubſtantiam lapideã acquirunt.* *Materia teſtacea membranis lamellatim diſpoſitis includitur.*

malis vitali decedit, unde & nitorem suum elegantem, sive micationem illam pulcherrimam ex albido cæruleam, quam tantopere in margaritis miramur, acquirit. Cùm in plerisque conchyliis illum succum ita ex aquâ & per se & ex coctione colorari solere, sæpius diximus in superioribus exercitationibus.

Huic opinioni assentitur *Antonius ab Heide à prædicto Auth. pag. 32. adductus*: Testas autem increscere; inquit *Antonius ab Heide*, vero simile est, quatenus inferiori earum superficiei lamellæ ex humore ab animali exudanti agglutinentur, siquidem testæ è lamellis compositæ conspiciuntur. Præsertim ubi vacuæ in litore aliquamdiu aëri expositæ fuére. Porrò testæ è filis obliquis constare apparent.

Testæ è filis obliquis constant.

Et ipse *Steno in suo tractatu de solidis in solidis comprehensis*. Primò. Testas, puta ostrei, ex toto posse resolvi in exiguas testas: illas autem testulas in fibras: istas fibras duorum esse generum à se invicem differentes & colore & substantiâ & loco.

Testarum anatomica descriptio.

Secundò. In exiguis testulis superficiem infimam & superiorem nihil aliud esse nisi extremas partes fibrarum: at testularum limbi sive ambitûs superficies constat lateribus fibrarum earundem testularum.

Tertiò. In ipsâ verò testulâ ejus interior superficies eadem est cum interiore superficie maximæ sive integræ testæ: sed exterior superficies constat ex exteriore superficie minutæ cujusque testulæ, & superficie omnium limborum intermediarum testarum. Ita *Steno*.

De modo verò formationis testarum hæc, quæ sequuntur, demonstrari posse ait *Steno*. Scilicet:

Testarum formatio secundum Stenonem.

Primò. Fibrarum, è quibus constituuntur quæque testulæ, materiam esse animalium sudori in illo similem, quòd sit humor excretus ex exteriore animalis superficie.

Secundò. Fibrarum figuram posse produci duobus modis; vel in ipsis animalis porulis, per quos excernuntur, vel dum superficies animalis aucti major fit superficie jam concretæ testulæ, sic ab eâ recedens partim in fibras humorem glutinosum trahit, qui inter ambas superficies continetur (ut fieri solet viscosis humoribus) partim incrementum ei dat, novum humorem excernendo, maximè si illud perpendatur, nullam aliam materiam penetrare posse inter illas duas superficies.

Figura fibrarum unde producatur

Tertiò. Fibrarum discrimen à porulorum differentiâ, qui in animalis superficie inveniuntur, dependet à materiâ diversâ, quæ per eosdem poros excernitur. Nam id genus animalium superficiei duplex materia inest; quarum una durior, altera mollior; ambæ verò fibrosæ. Illarum inve-

Unde fibrarum discrimen procedat.

stigatio

ſtigatio accurata plurimùm confert ad oſteologiam explicandam.

Quartò. Quaslibet minutiſſimas teſtulas (exceptis ſolis exterioribus) productas fuiſſe inter exteriorem teſtam, & ipſum animalis corpus, & per conſequens figuras ſuas non à ſe ipſis, ſed à loco habuiſſe, unde evenit, motum animalis & materiæ copiam, non rarò aliquam in oſtreis figuræ varietatem efficere ſolere. *Motus animalis & materia in teſtulis ſæpius figuram determinant.*

De maximè verò externâ teſtulâ dubitari poteſt, an ambiens fluidum aëris exteriorem ejus ſuperficiem tetigerit, an verò aliquâ membranulâ tecta fuerit? Equidem hoc poſterius tantùm verum eſſe credo, quòd omnium aliarum teſtularum fibras, quo tempore concreverint, ab ambiente fluido non tactas fuiſſe videtur: quòd in hirſutis chamis dictis aliquod tanquam corium extrinſecus ſuperinjicitur. Sed quæritur de re ferè inſenſili & dici poteſt, fibras primæ teſtulæ tantùm induratas fuiſſe, dum adhuc in ovo latuit. Conſtat enim experientiâ oſtrea, aliaque teſtata animalia ex ovis naſci, & non à putridâ materiâ. Hactenus *Steno.* *Prima teſta jam in ovo induratur.*

Quem autem meritò excipit & firmat *Leuwenhoeckius part.* I. Concham id eſt teſtam, ait, oſtreorum animadverti non niſi ex putaminibus in ſe magnâ multitudine çumulatis conſiſtere; quorum ultimum concretum maximum eſt: ita ut concha oſtrei magnitudine non capiat incrementum, quin intra concham oſtrei totum de novo fiat putamen, omnia reliqua putamina magnitudine ſuperans. An ſingulis noviluniis oſtreum, craſſitie unius putaminis, accreſceret nempe propter celerem accretionem, & brevem vitam? *Teſtarum formatio ſecundum Leuwenhoekium.*

Hæc autem putamina, prout perſpicere potui, conſtarent ex fiſtulis admodum per ſe mixtis; quòd quodlibet horum putaminum ad magnitudinem juſtam perveniret ex protruſione ſive propulſione parvorum ſubfuſcorum putaminum ex globulis compoſitorum, atque extrinſecus magnâ multitudine in plano conchæ jacentium: unde accretio, ipſarum quoque fiſtularum origo. *Accretio putaminum & fiſtularum origo.*

Tandem *Clariſſimus Liſterus pag.* 121. prudentiſſimè concludit: Equidem iis viris libenter accedo de teſtulis & fibris fiſtuloſis teſtulas conſtituentibus: ſed de materiâ, è quibus fiant teſtulæ, earumque fibris hæreo. Hanc verò eſſe ipſiſſimum ſuccum vitalem in fibras, tanquam in totidem vaſa excretoria expulſum, ibidemque ob moram, cùm jam extra curriculũ iſtius ſucci circulati ſit, paulatim induratũ, veriſimile eſt. Etenim ſuccus vitalis ſectione miſſus, leviterque coctus in grumum quendam coaleſcit, ipſas teſtas ſplendore opalino ſive ſubcæruleſcente pulchrè referentem; prout ſuprà expoſitum eſt. Privatim autem materia, quæ *Teſtarum formatio ſecundum Liſterum.* *Materia fibrarum eſt ipſemet ſuccus vitalis extravaſatus qui ſenſim induratur.*

eum promptius accreſcere facit in teſtam firmiorem, vel ſaxi cujuſdam æmulam eſt alter quidam ſuccus lapideus vitali permiſtus, quo aquæ tam dulces quàm marinæ naturaliter ac neceſſariò ob vegetationem ac facilem ſolutionem lapidis calcis, ſane omnium longè copioſiſſimi metalli, imbutæ ſint. Ipſæ autem fibræ teſtulæque ex iis compaginatæ, ac ſi quæ membranæ fuerint inveſtientes, hæ in ipſo animalis cujuſque ortu formatæ ſunt, & quoad numerum, & quoad formam: neque enim in his non magis quàm in nobis caſus, aut neſcio quæ vis plaſtica aliquid diſponit. Igitur ſi qui errores fuerint in aliquibus individuis, has præternaturaliter iis contigiſſe exiſtimandum eſt.

Fibræ & membranæ teſtarum in primo ortu jam formatæ ſunt.

Teſtas namque non aliter creſcere quàm reliquas plantas (lithodendra dictas) ipſe innuit *Ariſtotiles tom.* 4. *mar. pag.* 562. *n.* 23. Teſtacea ita ſe habent ad aquam, ſicut plantæ ad terram; ideoque plantæ poſſunt vocari teſtacea terreſtria, teſtacea poſſunt vocari plantæ aquatiles, aut etiam cornua in capitibus beſtiarum obvia valde probabile eſt, etenim cum horum ſeminibus ſeu radicibus ſemina teſtaceorum eandem ferè ſtructuram habent, ab illis autem quoad nutritionem & accretionem minimè differunt.

Plantæ ſunt teſtacea terreſtria & teſtacea plantæ aquatiles.

Siquidem germen ſeu radix v. g. cornuum tauri conſtruitur à multis & diverſis quaſi coriis ſeu cruſtis, quæ ſunt totidem diverſi annuli concentrici, quorum quilibet tanquam proprium ſemen ſuam cruſtam ſeu corium germinat velut quoddam plicatile folium, quod tractu temporis in cornu accreſcit. Hinc videntur cornicula ſuis quaſi thecis inſita, è quibus, exſiccato ſcilicet cornu, faciliter educuntur. Haud diſſimili modo ſuſpicor eſſe conſtitutum ovulum ſeu ſemen teſtaceorum nimirum præter piſciculum in ſe continere plures teſtulas ſibi invicem ſuperinductas, quarum quælibet præcipuum nutrimentum ab ipſo mari, vel à materiâ in ipſo contentâ, cui ſcilicet ſemina teſtaceorum inhærent, ſuppeditatum imbibit, ac ſecundum accretionem & exigentiam ipſius animalis germinat & expanditur, donec omnes teſtulæ unà cum animali ſuam acquiſiverint perfectionem.

Teſtacea multùm conveniunt cum cornubus animalium.

Eodem modo cum lithodendris quoque conveniunt, non aliter enim corallia in fundo maris è ſemine liquori lacteo glutinoſo, qualem ficus effundere ſolet, analogo in fruticem lapideum ramuſculis ſuis donatum progerminant, & quemadmodum hæc frutici foliolis, floribus deſtituto comparari poſſunt, ita teſtacea noſtra quoad ſtructuram ſuam certis agarici ſpeciebus ad radices & truncos arborum efflorèſcentibus non ineptè aſſimilantur, qui non minùs ac teſtacea è pluribus putaminibus, & quorum ſuperius minus eſt inferiore, conſtruuntur.

Corallia quomodo in fundo maris creſcant.

Teſtacea comparantur cum agaricis.

Sed

Sed hoc ipſum ipſa ſtructura concharum perſuadere videtur, quæ è pluribus lamellis ſibi invicem impoſitis conſtat, & quarum ſuprema ſeu extima reliquasque omnes in germine complectens, licèt in potentiâ minima ſit, ſemper primò creſcit & induratur, cui ſuccedit in accretione, quæ magis debet expandi, & ſic de reliquis, donec demum ultima & maxima etiam repullulet, ac integra concha unà cum contento piſciculo in ſuâ completâ ſit perfectione, quod non alio fit fine, quàm ut primò ſuperior lamina reliquas, quæ adhuc accreſcere debent tanquam firmum involucrum ab irruente ſucco nutritio & petrificante defendat, ne ineptæ ad ulteriorem expanſionem reddantur. Secundò, ut inferioribus & magis expandendis lamellis relinquatur ſufficiens ſpatium, per quod in ſuâ accretione ſuccum nutritium è mari imbibere poſſint, qui ſine dubio in principio germinationis tam per commiſſuras lamellarum, quàm ipſos poros ſuperioris & incumbentis putaminis attrahitur. Tertiò demum, ne conchulæ ſive teſtulæ inferiores & maximæ primò germinent, quæ, cùm citiùs creſcant quàm contentus piſcis, brevì majus ſpatium formarent, quàm piſcis occupare poſſet, & conſequenter non ſolùm contentum piſcem in ſuis functionibus naturalibus peragendis præſertim in pabulo quærendo impedirent, dum ſeſe extra valvas exſerere non poſſet, ſed in ipsâ quoque teſtarum accretione, quibus animalculum firmiter præſertim in conchis bivalvibus alligatum eſt, ligamenta diſrumperent aliaſque partes principaliores lædi neceſſe eſſet.

Cur ſemper prima & ſuperiores laminæ primò accreſcant.

Nullus tamen negabit, integram teſtularum ſeriem cum accreſcente piſce incrementum (ſed non ſolidum) ſumere è ſucco viſcido ac glutinoſo & ſale fuſo, à quo nitorem ſuum acquirunt, perfuſo, qui à poris piſciculi indeſinenter tranſudat, & ſenſim in membranas coaleſcit, illiſque ab hoc communicari pulchrum illum colorem ex argenteo & leviter incarnato ſubcæruleſcentem (qui color etiam in bullis ex aquâ ſapone imbutâ excitatis & telis aranearum radiis ſolaribus illuſtratis quaſi idem obſervari ſolet) unà cum lævore, qui paſſim in internâ teſtarum parte deprehenditur: ſed ab illo ſolo indurari ac perfici & accedente unicè proportione pororum piſcis, per quos talis liquor tranſcolari ſolet, nec non ipſo animalis intra teſtam contenti peculiari motu in corpus tam regulare ac ſtriis ſuis, ſulcis, papillis, tuberculis & aculeis &c. pulcherrimo ordine ſitis exornatum accreſcere, nullâ aliâ adjuvante aurâ ſeminali in ipſo teſtularum germine reſidente, omniaque ad nutum Æterni Plaſmatoris illi in primâ creatione inſpiratum diſponente magnum ſane dubium eſt. Quomodo enim talis liquor glutinoſus ſolus ſubſtantiam teſtaceam penetrare, & in extimâ ejus ſuperficie tam admirandam tantarum diverſarum rerum ſymmetriam ef-

Color nitens ex argenteo ſubcæruleus unà cum lævore à ſucco animalis vitali procedit.

Ad figuram teſtaceorum requiritur aura ſeminalis figuram determinans

)(formare

formare poteſt? Ut taceam de motu animali, quod validè alligatum internis valvarum parietibus ultra ſe extendere nequit, & ſine lege movetur.

Teſtacea ad ſubſtantiam lapideam proximè accedunt.

Porrò ſubſtantiam teſtaceam ad lapideam proximè accedere non ſolùm omnes fermè tam Veteres quàm Recentiores Philoſophi aſſerunt, imo plures opinantur eandem eſſe, ſed inſuper ipſa ſubſtantia teſtacea id ſuadere videtur, etenim eſt lapidum inſtar dura, gravis, in aquâ fundum petens, nec ductilis, nec in aquâ ſolubilis, nec per ſe liquabilis: generantur etiam teſtacea cum aliis lapidibus in terrâ, aquâ, limo, arenis & ipſis ſaxis, ſales itidem continent calcarios & ex iis uſtis calx præſtantiſſima candidiſſima & ad ædificandum perquàm utilis conficitur. Qui autem de hâc materiâ plura legere & ſcire deſiderat, conſulat meum tractatum de Origine Lap. Fig. pag. 56. & ſubſequentibus, ubi ſubſtantia teſtacea ſatis diffuſè exponitur.

§. IV.

Exponitur præſens Methodus, ejusque utendæ modus.

PRÆMISSIS breviter iis, quæ ad cognitionem teſtaceorum internam pertinere videntur, nimirum de eorum generatione, accretione & internâ teſtarum ſtructurâ, ad ea exponenda progredimur, quæ ad intelligentiam præſentis methodi ejuſque opportunum uſum neceſſaria videntur; cùm autem in illâ præcipuè agatur de teſtaceis marinis in ſuas debitas claſſes, genera & ſpecies diſtribuendis & quidem per certam quandam & ſenſibilem notam characteriſticam, ante omnia oportebit ſcire, quid propriè ſit nota characteriſtica, qualeſque proprietates habere debeat, dein quid intelligatur per ſpecies, quid per genera, quid tandem per claſſes, quibus ritè intellectis reliqua omnia longè facilioris erunt negotii.

Quænam ad intelligentiã præſentis methodi ſcire oporteat.

Nota characteriſtica quid ſit.

Nota igitur characteriſtica in genere eſt ſignum quoddam certum & peculiare ſenſibuſque noſtris perceptibile corporibus naturalibus externè inhærens & adnatum, per quod ea, quæ ſibi ſimilia ſunt, & ſibi invicem annumerari debent, clarè cognoſcuntur, & à reliquis corporibus omnibus, ad quæ non pertinent, manifeſtè diſtinguuntur. Si talis nota characteriſtica adhuc plura genera itidem aliis notis characteriſticis inter ſe diſtincta ſub ſe contineat, tunc erit nota characteriſtica claſſica, ſi autem ſolummodò ſub ſe comprehendat ſpecies quaſdam eâdem notâ characteriſticâ inſignitas & tantùm ob accidentia quædam communia & ſpecifica id eſt aliis quoque generibus eorumque ſpeciebus indifferenter applicabilia ſine immutatione generis &c. inter ſe diverſas, tunç talis nota characteriſtica generica nuncupabitur. E qui-

Classis quid sit.

E quibus patet, claſſem eſſe congeriem plurium generum ob eandem notam characteriſticam claſſicam inter ſe ſimilium, quà etiam ab aliis claſſibus & generibus manifeſtè & ſufficienter diſtinguuntur, & ſic genera reſpectu ſuarum claſſium naturam quaſi ſpecierum induunt. genus verò eſſe congeriem plurium ſpecierum eàdem notâ characteriſticâ genericâ inſignitarum, propter quam etiam à ſpeciebus omnium aliorum generum clarè & diſtinctè differunt. Species demum cujuſcunque generis ſolummodò inter ſe differre certis accidentibus in peculiari earum affectione vel ſtructurâ ſitis, quæ etiam omnibus ſpeciebus aliorum generum communia ſunt vel eſſe poſſunt ſine immutatione notæ characteriſticæ & hinc neque claſſis neque generis.

Quid genus. *Quid species.*

Proprietates veræ notæ characteristicæ.

Adeoque ad conſtituendam veram notam characteriſticam requiritur primò, ut illa ſit communis omnibus ejuſdem generis vel claſſis ſpeciebus, & in iis omnibus ſimilis deprehendatur. Secundò, ut in aliis ſpeciebus ad alia genera vel claſſes pertinentibus nunquam obſervetur, & tertiò demum, ut ſenſibus noſtris ſine alio adjumento perceptibilis ſeu ſenſibilis ſit, & ab illis clarè cognoſci queat.

Testacea considerari debent uti plantæ floribus & fructibus destitutæ.

His ſuppoſitis notandum eſt primò, Teſtacea, ut in ſuas debitas claſſes, genera & ſpecies ritè diſtribuantur, conſiderari debere, ac ſi eſſent plantæ floribus & fructibus deſtitutæ, adeoque etiam ſicuti iſtas ſecundum diverſas ſtructuras & figuras tam totius corporis quàm quarundam partium in diverſas quoque claſſes & genera diſtingui debere.

Nulla certa dantur principia ad statuendam notam characteristicam.

Notandum ſecundò, hinc nulla alia certa poſſe ſtabiliri principia circa ſtatuenda notam characteriſticam tam claſſium quàm generum, cùm quandoque & quidem plerumque derivari debeat ab integrâ ſtructurâ & figurâ totius corporis teſtacei, quandoque tantùm ab aliquâ eorum parte principaliore uti ſunt v. g. orificia &c. in cochleis, umbones &c. in conchis. Quandoque etiam ab aliquâ minimâ notâ externâ tamen clarè perceptibili, uti ſunt ſulculi, canaliculi, fimbriæ &c. quandoque etiam ſolummodò ex horum diverſâ figurâ & ſitu rectâ, incurvatâ, extrorſum, introrſum, dextrorſum ſiniſtrorſum &c. vergente. Et demum ſtabiliuntur quoque notæ characteriſticæ per ſimplicem abſentiam certæ teſtaceorum ſtructuræ, quæ aliàs omnibus aliis communis eſt, uti v. g. nota characteriſtica claſſis primæ eſt, ut omnia ejuſdem genera & ſpecies ſint univalvia nec turbinata nec in ſe contorta &c. Hæ autem difficultates & diverſitates omnes in ſtatuendâ notâ characteriſticâ teſtaceorum unicè dependent ab innumerabili illâ & quaſi indicibili ſtructurarum varietate, quibus tota teſtaceorum familia mirè exornata ac condecorata obſervatur.

Notan-

Testacea regulari quâdam methodo creata sunt.

Notandum tertiò. His tamen non obstantibus è præsenti methodo luculenter manifestari, Deum secundum infinitam suam sapientiam & omnipotentiam in efformandis testaceis marinis regularem quandam normam seu methodum observasse non minùs ac in omnibus aliis rebus naturalibus creatis, propter quam facillimo modo poterunt in suas classes & genera distribui suisque debitis notis characteristicis insigniri.

Sedulò inquirendus est tam variæ eorum structuræ usus.

Notandum quartò. Verùm nec hic acquiescendum esse, sed ulterius perquirendum, ad quosnam usus tam varia & mirabilis testaceorum structura statim in primâ creatione à summo Creatore fuerit efformata, quæ structura profectò ingenui cujusdam Philosophi sedulâ & diligenti attentione meritò dignissima est, ut ejus usus proprius & determinatus in adjuvandis & custodiendis piscibus testaceis detegeretur, quemadmodum paucis ab hinc annis partes plantarum tam internæ quàm externæ feliciter fuerunt examinatæ, earumque officia & usus tam opportunè detecti, ut inde clarè pateat, Deum & Naturam nihil frustra facere.

Quanam in statuendâ notâ characteristicâ observãda sint.

Notandum quintò. In statuendâ notâ characteristicâ semper diligenter, quantùm licet, eò collimandum esse, ut illa à structurâ magis insigni totius corporis testacei præsertim ab eâ, à quâ hoc denominationem suam acquirit, derivetur, vel saltem à principalioris & insignioris ejus partis, nam sic semper erit sensibilior & subjecto magis proportionata. Si autem hoc non posset fieri, tunc quælibet nota sensibilis, sive in certâ structurâ sive in certo structuræ situ consistat, apta nata est notam characteristicam constituere, modò prædictas proprietates possideat, pluribusque speciebus communis sit, quas à reliquis omnibus hanc notam characteristicam non habentibus sufficienter distinguit. Reliquæ autem affectiones structuræ testaceorum, quæ promiscuè in pluribus diversarum classium aut generum speciebus observantur, naturam notæ characteristicæ induere nequeunt, adeoque ab illâ constituendâ prorsus excluduntur.

Testacea statim in tres distinctas partes seu ordines dividuntur.

Notandum sextò. Nos ad faciliorem & commodiorem hujus methodi intelligentiam & usum statim in principio dividere totam testaceorum familiã in tres distinctas partes seu supremos ordines nimirum in testacea univalvia non turbinata, in cochleas seu univalvia turbinata, & in conchas seu in testacea bivalvia, qualia verò testacea per quamlibet partem seu ordinem intelligantur, statim in principio cujuslibet partis clarè exposita deprehendentur.

Per testacea turbinata quanam intelligantur.

Interim hìc unicè notandum venit, quòd per tò turbinatum non intelligamus omne testaceum, quod è basi latiore rotundatâ in acumen rotundatum pyri instar abit, nam in tali sensu eti-

am

am Porcellanarum ſpecies ad turbinata pertinerent, ſed tantummodò talia teſtacea, quæ è ſpiris manifeſtis & ſenſibilibus conſtant, quæ è baſi latiore paulatim cochlearum in modum ſenſibiliter intorquentur, & obliquâ ſuâ circumvolutione paulatim contrahuntur, ac in acumen ſeu mucronem quendam acuminatum deſinunt, quemadmodum videmus turbines tam aëris quàm aquarum formari, à quibus turbinibus verbum turbinatum originem ſuam traxiſſe volunt.

Notandum ſeptimò. Quamlibet partem in ſuas claſſes dividi, quarum cuilibet ſemper ſubjungitur Tabula quædam generica omnia genera in tali claſſi contenta unico quaſi ictui oculi ſimul repræſentans. *Quælibet pars poſtea in ſuas claſſes ſubdividitur*

Notandum octavò. Uſum præſentis methodi eſſe ſequentem. Si aliquod teſtaceum obveniat, ſtatim inquirendum erit, ad qualem hujus methodi partem pertineat, dein ad qualem claſſim, poſtea mediantibus ſectionibus, quæ ſunt tanquam tot manuductiones, facillimè genus indicabitur, ad quod reducendum erit, quo invento reliqua teſtacei accidentia ſpecifica tam ſtructuræ quàm coloris ſedulò perpendenda erunt, quæ ſi jam fuerint deſcripta, nullâ aliâ indigebunt indagine, ſi verò non fuerint deſcripta, de novo exponenda erunt, & teſtaceum illi generi annumerandum, ad quod pertinere videtur, quo nova teſtaceorum ſpecies conſtituetur hactenus non deſcripta neque inculcata. *Uſus præſentis methodi.*

§. V.

Varietates ſtructuræ teſtaceorum pereleganter à Plinio proponuntur, à nobis verò varii colores hucuſque in iis obſervati ordine alphabetico recenſentur.

PLINIUS lib. 9. cap. 33. varietates ſtructuræ teſtaceorum ſequentibus elegantiſſimis verbis exponit: Concharum genera, inquit, in quibus mira ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, lævibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato; jam diſtinctione virgulatâ, crinitâ, criſpâ, canaliculatim, pectinatim, imbricatim undatâ, cancellatim reticulatâ, in obliquum, in rectum expanſâ, prædenſatâ, porrectâ, ſinuatâ: brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinum incurvis. De quo plura hic addenda non judico, cùm in ſubſequenti methodo in quâlibet ſpecie differentia ſtructuræ, quâ ab aliis diſtinguitur, diligenter addatur. *Structura teſtaceorum externa eleganz deſcriptio à Plinio.*

Longè plures autem varietates ſpecificas in teſtaceis ſuppeditant ele- *Plurimæ dif-*

ferentiæ testaceorum specificæ à varietate colorum suppeditantur.

gantiſſimi & multivarii eorum colores, qui mirè in iis ludunt, & ob multiplicem ſuam varietatem vix numerari & exprimi poſſunt, quod unicè in causâ fuit, quòd in præſenti tractatu nullas teſtaceorum ſpecies colore diverſas adducere voluerimus, optimè prævidentes, earum nimis copiosâ enarratione præſens opuſculum præfixum ſuum volumen longè ſuperatum iri; ne tamen hâc occaſione pulcherrimas & rariſſimas teſtaceorum phaſes, quæ præcipuè in elegantiſſimis eorum coloribus conſiſtunt, ſtudio præteriiſſe videamur, pleroſque in illis hucuſq; obſervatos ordine alphabetico recenſebimus, quod impoſterum eorum deſcriptionem longè faciliorem reddet, cùm hucuſque ſæpius in exprimendis tam multivariis coloribus neceſſarii & deſiderati termini defuerint.

Enumeratio colorum in teſtaceis hucuſque obſervatorum Ordine Alphabetico.

A. Achatinus color. Acu pictũ opus. Æneus color. Æris color. Æris rubigo. Alabaſtricus. Albeſcens. Albeſcens cum quodam rubore. Albeſcens ex cæruleo. Albicans. Albidus, ſubalbidus. Albus, ſubalbus. Albus ex cæruleo. Amaracinus. Amethiſtinus. Anthracinus. Aqueus. Arbuſculas repræſentans. Argenteus. Argenteus ſplendor. Argento ſimilis. Argento obrizo ſimilis. Ater. Attalica veſtis auro argento & multicolori oloſerico texta. Drap d'argent: Argenteum textile latine dicta. Aurantius. Aureus.

B. Badius. Balauſtinus. Baliolus. Burrus.

C. Cæruleus. Cæruleus ex argenteo. Cæſius. Calteus. Caltulus. Candidus. Candidiſſimus. Candor margaritarum argenteus. Carneolus. Carneus. Caſtaneus. Ceraſinus. Cereus. Ceruſſatus, Chriſoliticus. Cianeus. Cinnabarinus. Cinereus, ſubcinereus. Cinereus ex livido. Colores aquâ diluti. Conchyliatus. Coracinus. Corallinus. Corneus. Croceus, ſubcroceus. Cruentatus.

E. Eburneus. Eliotropium gemma.

F. Ferrugineus. Figulinus. Flammeus. Flavedo vitrea. Flaveſcens. Flaveſcens ex albo. Flaveſcens pallidè. Flavicans. Flavidus. Flavus, ſubflavus. Linoſum opus. Fulvus, ſubfulvus. Furvus. Fuſcus, ſubfuſcus. Fuſcus ad nigredinem accedens. Fuſcus ex viridi.

G. Gipſeus. Glaſteus. Glaſticus. Gummi Sinenſi obvelatus.

H. Helvaceus. Helveus. Helvus.

I. Janthineus. Igneus. Immaculatus. Infuſcatus ex ſummâ viriditate.

L. Lacteus. Laneus. Lentiginoſus. Leonatus. Leucophæus. Lienaris. Ligneus. Lividus. Luridus. Luteus.

M. Maculatus. Maculoſus. Malacus. Margaritarum albedo purpuriſsâ

velata.

velata. Margaritæ ſublucidæ color. Margaritis ſimilis. Marmoreus. Marmor candidum. Drepitanum. Tiburtinum. Melinus. Miniatus. Subminius. Molochiticus. Murinus. Muſivum opus. Muſtelinus.

N. Niger. Niger ex cæruleo. Nigricans. Nigricans è cæruleo. Subniger. Nigerrimus. Nitens. Niveus.

O. Oleacinus. Ut Oliva viridis condita. Oloſericum nigrum. Oloſericum villoſum. Onichinus. Opacus. Opalinus. Olleus. Oſtrinus.

P. Palearis. Pallidus. Papyrus turcica. Parius lapis. Pellucidus. Perlatus. Phrygium opus. Piceus. Pictus undatim. Pinguis. Plumbeus. Porcellana. Porraceus. Pramnius. Pullus. Puniceus. Purpureſcens. Purpureſcens ex albo. Purpureſcens ex violâ. Purpureus.

R. Ravus. Reticulatum opus. Roſeus. Rubedo. Rubedo cuprea. Sub ſandraccâ pellucidâ latitans. Ruber, ſubruber. Rubeſcens. Rubeſcens ex argento. Rubeus. Rubidus ignaviter. Rubiginoſus. Ruſeſcens. Rufescens ex albido. Subrufescens ex albido. Rufescens ex fusco. Rufescens ex nigro. Rufescens ex rubigine. Rufescens leviter. Rufescens pallidè. Rufus. Ruſſeus. Rutilus.

S. Sandichinus. Sandraccâ velatus. Sanguineus. Segmentatum opus. Subuculis & monilibus ornatum opus. Sulphureus.

T. Terreus. Teſſelatus. Thalaſſinus. Tophaceus. Tophinus. Tyrius.

V. Variegatus. Venetus. Veprium acumina repræſentans. Vermiculatus. Vinatus. Vinoſus. Violaceus. Ad nigrum vergens. Vireſcens cum argenteo ſplendore. Vireſcens è cæruleo. Vireſcens leviter. Viridis, ſubviridis. Virideſcens ex flavo. Subviridis ex albo. Vividus. Unctuoſus. Volturinus, ſubvolturinus.

X. Xerampelinus.

Z. Ziziphinus.

Colores ut vivi & pulchri in teſtaceis retineantur.

Circa hucuſque enarratos teſtaceorum colores integrè conſervandos, in quibus præcipuum eorum ornamentum, pulchritudo & prætium conſiſtunt, & propter quos quandoq; etiam cum ipſis unionibus aut margaritis æquiparari ſolent, inſuper bene animadvertendum eſt, diligenter & non ſine magno labore teſtacea debere ab omni inquinamento & ſordibus expurgari, certoque modo præparari, dum piſces teſtacei adhuc in illis vivi deliteſcunt, nam poſt eorum mortem ſtatim colores diminuuntur, & naturalem ſuam vivacitatem amittunt. Modum autem requiſitum teſtacea debitè præparandi & expurgandi eorumque colores illæſos conſervandi ſincerè tradit Clariſſimus Rumphius in ſuo pulcherrimo Muſeo Amboinico, in quo fusè expoſitus invenietur.

)(§. VI.

§. VI.

Quando & quænam nova nomina teſtaceis imponenda ſint, quibusque Authoribus potiſſimum uſi ſimus in concinnandâ hâc novâ methodo.

Hic nobis non eſt animus peculiares teſtaceorum Ethymologias explicandi, cùm hæc expoſitio in calce cujuslibet generis, ſi neceſſarium judicabatur, appoſita deprehendetur, ſed agemus tantùm in genere de modo & regulâ obſervandâ, quando & quænam nomina teſtaceis imponenda erunt.

Antiqua teſtaceorum nomina ſemper retinenda ſunt.

Circa quod notandum eſt primò, Nomina quæcunque ab Antiquis Zoographis teſtaceis impoſita & hucuſque uſurpata quoad poſſibile ſemper conſervanda & retinenda eſſe, niſi fortè poſtea aliis quoque generibus vel etiam ſpeciebus applicata fuerint, quo in caſu in unico tantùm genere vel ſpecie conſervanda erunt, & reliquis nova nomina ab his clarè diſtincta imponenda, ut omnis terminorum confuſio evitetur.

Nova verò eorum figuræ accommodanda.

Notandum ſecundò, Nomina nova teſtaceis de novo imponenda ſemper eorum formæ & figuræ, quantum fieri poteſt, accommodari & proportionari debere, nam ſic eò facilius retineri poterunt, & ipſa ſtructura ac forma teſtacei nos proprii ſui nominis memores quodammodo reddet. Sic habemus teſtacea à ſimilitudine cum vegetabilibus eorumque partibus denominata, uti ſunt: Tubuli radiciformes, biſtortæformes &c. Balani Tulipæformes, Porcellanæ Pyriformes, Cochleæ longæ pyriformes, Buccina parva pruniformia &c. à ſimilitudine teſtaceorum: Cochleæ muriciformes, caſſidiformes, trochiformes &c. à ſimilitudine cum figuris mathematicis: Cochlèæ longæ cylindroidææ, Conchæ quadratæ, trapeziales &c. à ſimilitudine cum animalibus eorumque partibus. Tubuli vermiculares, Dentales, Cornua Ammonis, Conchæ cordiformes &c.

A ſimilitudine cum vegetabilbus eorumq; partibus.
Cum teſtaceis ipſis.
Cum figuris mathematicis.
Cum animalibus eorumq; partibus.

Nomina Authorum in hoc opuſculo plerumque citatorum.

Authores quod attinet, quibus in concinnandâ hác novâ methodo potiſſimùm uſi ſumus, illi ſunt ſequentes: Ex Antiquioribus ſæpius citantur *Gulielmi Rondeletii Doctoris Medici & Medicinæ in ſcholâ Monſpelienſi Profeſſoris Regii univerſæ Aquatilium Hiſtoriæ pars altera cum veris ipſorum imaginibus. Lugduni.* 1555. *Item* Fiſchbuch &c. Erſtlich in latein durch den Hochgelehrten und natürlichen Künſten wolerfahrnen Herren D. Cunrat Geſner beſchriben: Yetzt Neuwlich aber durch D. Cunrat Forer zu gröſſerem Nutz allen Liebhaberen der Künſten in das Teutſch gebracht. Getruckt im Jahr als man zelt 1563. Inter Recentiores potiſſimùm præ manibus habui *Martini Liſter è Societate regiâ Londini Hi-*

ſtoriæ

ſtoriæ Animalium Angliæ tres tractatus: unus de Araneis, alter de cochleis tum terreſtribus tum fluviatilibus, tertius de cochleis marinis, quibus adjectus eſt quartus de lapidibus ejuſdem Inſulæ ad cochlearum quandam imaginem figuratis. Londini. 1678. *Muſeum Amboinicum Georgii Everhardi Rumphii Conſiliarii Amboinici Plinii Indici dicti. Amſtelodami.* 1705. *Muſæum Kircherianum ſive Muſæum à P. Athanaſio Kirchero in Collegio Romano Societatis JESU jam pridem inceptum, nunc reſtitutum, auctum, deſcriptum & iconibus illuſtratum à P. Philippo Bonanni Societatis JESU. Romæ.* 1709. *Muſei Muſeorum* **Oder der vollständigen Schau-Bühne frömbder Naturalien zweyter Theil &c. von D. Michael Bernhard Valentini Hochfürstlichen Hessischen Leib-Medico und Professore zu Giessen. Franckfurt am Mayn.** 1716. tacendo reliquos celeberrimos Authores, qui hinc inde ſed non tam frequenter citantur, quorum non parvus eſt numerus, & apud quos ſemper intelligibilis occurret citatio. Interim nemini dubium ſit, dari inſuper quamplurimos alios Philoſophos ac Zoographos, qui ſummo cum applauſu de materiâ teſtaceâ ſcripſerunt, etiamſi in hoc opuſculo nulla eorum facta fuerit mentio, cujus rei autem præcipua hæc eſt ratio, quòd illos omnes ad manus non habuerim, neque in regione, in quâ hujuſmodi ſtudia omnimodè quaſi exulant, mihi comparare po, tuerim, nam, prout ſuperius jam dictum eſt, hunc tractatum non ex inſtituto ſed tantùm caſualiter conſcripſi unico hoc fine, ut mihi fundamentum quoddam regulare componerem, Muſeolum meum tam lapideum quàm marinum in aliquem methodicum ordinem redigendi, debitéque in ſuas Claſſes, genera & ſpecies diſtribuendi.

Hæc ſunt, Amice Lector, quæ durante meo ſtatu valetudinario in neceſſarium quoddam animi mei ſolatium de teſtaceis marinis meditatus ſum, reliquum nunc eſt, quod unicè ex toto corde voveo ac exopto, ut nimirum hæ meæ qualeſcunque tenues exercitatiunculæ de ſupellectili marinâ tibi totique Reipublicæ literariæ in aliquod ſaltem cedant emolumentum ac utilitatem, vel ad minimum leviſſimo cuidam & jucundo ſed tamen non omnimodè inutili ſint ludicro, cujus actus erunt claſſes, & genera ſcenæ, ſpecies autem perſonæ, quemadmodum mihi quoque non exiguæ fuerunt voluptati, quod unica erit deſiderata totius mei laboris merces & gratioſiſſimè DEUS faxerit. Vale & fave, erroreſque tam typographicos quàm orthographicos alioſque, qui hinc inde irrepſerunt, pro tua innatâ humanitate & benevolentiâ benignè condonare & corrigere non dedignare.

)(Inſig-

Insignem & incomparabilem testaceorum marinorum pulchritudinem eorumque structuram nunquam sat admirandam in sequenti elegantissimo ænigmate germanico affabrè proposuit Dominus Olearius in suo Museo Gottorpiensi, quod hic ob ingeniosum suum leporem pro coronide annectere volui.

Ein Rätzel.

Welcher Creaturen Geburt und Tod ist am wunderlichsten / die ihre natürliche Schönheit so wol im Tod / als im Leben beständig erhalten?

Die Schönheit wird vergleicht der Blum / so bald verdirbet /
Weil diese Gab im Tod auch mit hinfällt und stirbet /
Hergegen hat GOtt uns zum Spiegel vorgestellt /
Daß keine Creatur uns gleichet in der Welt.
Wenn alles nackt und bloß im Mutter-Leib erschaffen /
So tretten wir herauff / mit Häusern / Wehr und Waffen
Auff tausenderley Art / sehr wunderlich formiert /
Und ohne Menschen-Hand so künstlich ausgeziert.
Daß der Appelles selbst beschämet muß abweichen /
Weils ihm unmöglich fällt / mit Farben auszustreichen /
Was Flora von sich rühmt. Zwar sie im Garten prangt /
Wie daß ein jeder Fürst zu schauen sie verlangt.
So bleibt doch kurtze Zeit / ja offt kaum eine Stunde /
Bald kommt ein rauher Wind und wirfft sie gar zu Grunde /
Wir bleiben für und für / uns erbet Kindes-Kind /
Uns raubet keine Zeit / kein Wetter / Sturm noch Wind.
So kan Natura uns / durch ihre Künste zieren /
Daß wir auch nach dem Tod unwandelbar floriren /
Ist jemand unser Nam und Wohnung unbekant /
Der rathe was da blüht / wenn Hyems zwingt das Land?

Elegan-

Elegantiſſimum hoc ænigma vulgare in ſequentes latinos verſus tranſtulit Amicus quidam Chariſſimus & Doctiſſimus.

ÆNIGMA.

Quarumnam Creaturarum nativitas & mors ſit mirabilior, & quænam naturalem ſuam pulchritudinem, quam poſſederunt vivæ, etiam poſt mortem conſtanter retineant?

Cùm quoque diſpereat ſubitò poſt fata venuſtas,
  Floribus eſt ſimilis, quos cita Parca necat.
At nos exemplum cunctis vult eſſe creatis,
  Ut quid par nobis non ſit in orbe, Deus.
Nos, nudæ cùm ſint, uterus quas procreat omnes,
  Parturit indutas arma domumque parens.
Miris diſtinctæ formis, & mille figuris,
  Naſcimur ornatæ nullius artis ope.
Ipſemet ut victus cogatur cedere Xeuxis,
  Neſcius artifici pingere tanta manu.
Haud dudum durant, quæ Chloris jactat in hortis,
  His eadem vitam datque rapitque dies.
Principibus gratos ſolet oſtentare decores,
  Flora quidem, ſed quos fortior aura ruit.
Nos nunquam cadimus, nos tertius inter avitas,
  Miratur gazas ordine ſæpe Nepos.
Nos Ornamentis fecit natura ſuperbos,
  Quæ quoque poſt mortem non violata vigent.
Noſtra latent ſi quem fors nomina tectaque, quid ſit
  Dicat, quod floret, dum gravis horret Hyems?



INDEX

INDEX CLASSIUM.

PARTIS I.

Testacea marina univalvia non turbinata.

PARTIS II.

Cochleæ Marinæ.

PARTIS III.

Conchæ Marinæ.



METHO-

METHODI
Novæ & facilis
TESTACEA MARINA
in ſuas Claſſes, genera, & ſpecies diſtribuendi,
PARS I.
Teſtacea marina univalvia non turbinata.



PER TESTACEA MARINA univalvia non turbinata intelliguntur ea omnia, quæ unicâ conſtant valvâ, & non ſunt in ſe contorta, vel ſi ſint contorta, tamen eorum intima circumvolutio ſeu Spira ſenſibiliter nullâ ex parte promineat, & ultra extimam Spiram non producatur.

CLASSIS I.
TESTACEA MARINA UNIVALVIA NON TURBINATA, ET IN SE NON CONTORTA.

TESTACEA MARINA univalvia non turbinata, & in ſe non contorta vocantur ea, quæ, licèt quandoque variè incurvata inflexa & etiam contorta obſerventur, tamen nullas certas Spiras regulares efforment, nec tali modo diſpoſitas, ut earum exterior ſemper interiorem aut totaliter aut tantùm quâdam ex parte horizontaliter vel obliquè &c. intra ſe regulariter includat, comprehendat, vel ambiat aut cingat.

TABULA GENERICA TESTACEORUM

Classis Primæ Partis Primæ.

Testacea Marina Univalvia non turbinata, & in se non contorta.

- Nullo modo vel solùm in apice incurvata.
  - Valvâ Superiùs convexâ, subtus concavâ & apertâ mobili: Patellæ dictæ.
    - Vertice Umbonato
    - Vertice Mucronato
      - Integro.
      - Perforato.
    - Vertice Acuminato
    - Vertice Papillari
      - Recto.
      - Incurvato.
    - Basi Planâ
    - Basi Laciniatâ
    - Basi Angulosâ
  - Valvâ Superiùs concavâ & apertâ, subtus verò clausâ & imobili: Balani dictæ.
    - Tintinnabuliformes.
    - Tulipæformes.
    - Glandiformes.
      - Ore Ampliore.
      - Ore Angustiore.
- Elongata, incurvata & Tubuli instar concava: Tubuli Marini.
  - Leviter tantùm incurvati.
    - In unâ tantùm extremitate; Penicilla marina dicta.
    - Arcuatim & in unâ extremitate Acuminati: Tubuli dentales dicti.
  - Notabiliter sed sine regulâ incurvati.
    - Radicum instar: Radiciformes dicti.
      - Vulgares
      - Bistortæformes.
      - Raphaniformes
      - Geniculati & ramosi.
        - Basi simplici & planâ.
        - Basi convexâ papillosâ & fimbriatâ.
    - Vermium instar: Tubuli Vermiculares dicti.
      - Læves.
      - Cristati.
        - Cristâ integrâ
        - Cristâ dentatâ & Laciniatâ.
      - Striati.

SECTIO I.

Testacea marina univalvia non turbinata, & in se non contorta nullo modo vel solummodò in summò apice tantillùm incurvata.

GENUS I.

Patellæ. Schüssel-Muschel.

PATELLÆ sunt Testacea univalvia in se non contorta nullo modo vel solummodò in apice tantillùm incurvata valvâ superiùs convexâ ac frequentiùs clausâ, subtus verò concavâ & apertâ mobili.

Species.

Patella lævis vertice umbonato. Bon. pag. 437. n. 31.
Patella lævis vertice acuminato. Bon. pag. 437. n. 29.
Patella lævis vertice papillari Bon. pag. 436. n. 12.
An hæc patellarum Species non ad aliquod genus peculiare cochlearum reduci debeat, valde dubito, nam præter aperturam inferiorem patellis communem in interna cavitate aliâ aperturâ oblongâ & angustâ donata videtur, cujus subsequens cavitas intra convexam patellæ partem circa suum pericoclium potest circumvolvi, licèt Spiræ ejusdem externè tam manifestè non appareant, hinc rationabiliter suspicandum est, an non fortasse ad genus umbilicorum marinorum præsertim ad *Umbilicum parvum Rond.* 104. Ein kleiner Meer-Nabel. *Gesn. pag.* 140. pertineat, vel an non sit Species alicujus Trochi in basi suâ concavi. *Parvus Umbilicus Marinus. Kleiner Meer-Nabel.*
Patella striata vertice umbonato integro. Bon. pag. 435. n. 7.
Patella striata vertice umbonato perforato. Rumph. pag. 122. Tab. 40. lit. A. & D. Bon. pag. 435. n. 3. *Cypria dicta.* *Patella Cypria.*
Patella striata vertice mucronato integro. Bon. pag. 435. n. 4.
Patella striata vertice mucronato perforato Bon. pag. 435. n. 6. *Patella reticulata dicta.* *Patella reticulata.*
Patella striata vertice acuminato recto.
Patella striata vertice acuminato incurvato. Bon. pag. 437. n. 23.
Patella striata basi laciniatâ. Bon. pag. 437. n. 26, 27. 28. 30. Rumph. pag. 121. Tab. 40, lit. C.
Patella striata striis maximis basi angulosâ. Bon. pag. 437. n. 32. *Patella mucronata dicta.* Rumph. pag. 121. Tab. 40. lit. B. *Patella mucronata.*
Ad genus Patellarum videntur quoque spectare sequentes Concharum

univalvium Species Rumph. pag. 122. & 123. descriptæ, delineatæ verò in Tab. 40. primò *Opercula callorum* lit. L. M. N. & fortè figuræ apud C. & I. 2. sexta lit. O. & 3. septima lit. P. & Q.

Opercula callorum.

Hoc genus testaceorum vocatur Patella à vasis escarii similitudine. Lepas à Græcis dicitur, quasi squama saxorum, quibus semper adhæret. Schüssel-Muschel / Ein Napff-Muschel / Ein Schall-Muschel à Gesn. pag. 147. Schüsselaer Valent. Mus. Mus. pag. 187. Lapedo Massiliensibus. Gallis: Oeil de Bouc. Venetis Pantalena. Rond. de test. p. 3.

Lepas. Napff-Muschel. Schall Muschel.

Lapedo Oeil de Bouc. Pantalena.

GENUS II.

Balani. Meer-Eichlen.

BALANI sunt Testacea marina univalvia in se non contorta, nec incurvata valvâ superiùs apertâ & concavâ, inferius verò clausâ & immobili.

Species.

Balanus tintinnabuliformis lævis. Bon. pag. 437. n. 34. 35. 36. 37. Rumph. pag. 121. Tab. 41. lit. A. List. pag. 196. Tit. 41. Vocatur tintinnabuliformis, quia instar cujusdam tintinnabuli, quo vaccæ in alpibus nostris exornantur, è basi latiore versus summitatem leviter contrahitur. Kühschellen-förmige Meer-Eichlen.

Balani tintinnabuliformes. Schellen-förmige Meer-Eichlen.

Balanus glandiformis ore ampliore. Bon. pag. 436. n. 14.

Balanus glandiformis ore angustiore & incisionibus peponum instar insignitus. *Rond. Balani secunda Species.* pag. 30. Gesn. pag. 150. Das andere Geschlecht der Meer-Eichlen. Bon. pag. 436. n. 15.

Vocantur glandiformes, quia è basi contractâ sive angustiore glandium instar in summitatem ampliorem rotundatam abeunt.

Balanus Tulipæformis striatus. *Mitella Rumphij inter Ostrea descripta.* pag. 158. Tab. 47. lit. M. Auffgehende Tulipan. Valent. Mus. Mus. pag. 187.

Mitella Rumph. Auffgehende Tulipan.

Balani à voce græcâ Balanos derivat, quæ multarum arborum fructus indicat. Aristoteli lib. 5. de Hist. Animal. cap. 15. glans dicitur, sicuti etiam Athenæo.

Glans Aristotelis.

SECTIO II.

Tubuli Marini. Meer-Röhrlein.

TUBULI MARINI sunt Testacea marina univalvia non turbinata & in se non contorta elongata & Tubuli instar concava:

GENUS I.

Penicilla. Meer-Bensel.

PENICILLA sunt tubuli marini in unâ tantùm extremitate leviter incurvati, ex alterâ verò parte recti.

Species.

Penicillum marinum Rond. pag. 111. Meer-Bensel. Gesn. pag. 149. A similitudine penicillorum, quibus Pictores utuntur, qui ex caudarum extremitatibus fiunt, vel eorum, quibus albarium tectorio parietum inferunt, Penicillum marinum vocatur. Meer-Bensel.

GENUS II.

Dentales. Meer-Zähnlein.

DENTALES sunt tubuli marini instar dentium leviter tantùm arcuatim incurvati, & versus unam extremitatem acuminati.

Species.

Tubulus Dentalis lævis. Rond. pag. 110. Bon. pag. 436. n. 9.

Tubulus Dentalis striatus. Gesn. pag. 150. Meer-Röhrlein. Bon. pag. 436. n. 8. Zahn-förmige Meer-Röhrlein / oder Meer-Zähnlein. Meer-röhrlein.

Ita vocantur, quia dentium instar arcuatim incurvantur, & versus unam extremitatem acuminantur. vocantur etiam: *Denticuli Elephantis à Rumph. pag.* 125. & delineantur Tab. 41. lit. I. Elepfanten Zähnger. Valent. Mus. Mus. pag. 187. Denticuli Elephantis. Elepfante-zähnger.

GENUS III.

Tubuli radiciformes. Wurtzen-förmige Meer-Röhrlein.

TUBULI radiciformes sunt Tubuli marini notabiliter incurvati, & radicum in modum variè inflexi, primò crassiores dein sensim angustati

Species.

Tubulus radiciformis vulgaris. Rumph. pag. 125. Tab. 41. lit. F. G. K.

Tubulus Bistortæformis. Rumph. pag. 125. Tab. 41. lit. L.

Tubulus Raphaniformis basi simplici & planâ. Rumph. pag. 126. n. 7. ubi illum *Venus-Schagt* appellat.

Tubulus Raphaniformis basi convexâ, papillosâ & fimbriatâ. Bon. pag. 438. n. 38. *Venus-Schagt Rum.*

Tubulus Radiciformis geniculatus & ramosus. Rumph. pag. 124. Tab. 41. lit. D. & E.

Solenes Arenarum vel lignorum. Omnes hucusque enarrati Tubuli marini radiciformes cum Tubulo quinti generis à Rumphio l. c. *Solenes arenarum vel lignorum univalves* vocantur, verùm, cùm etiam dentur Solenes bivalves, quibus suum nomen conservare cupimus, ne termini simul confundantur, præsentia testacea potius Tubulos radiciformes appellare voluimus, nam non ineptè propter suam figuram radicibus assimilari possunt. à Valent. Mus. Mus. pag. 187. vocantur: Boot-Würm. Sand-Pfeiffen. *Boot würm und Sand-Pfeiffen.*

GENUS IV.

Tubuli vermiculares. Wurm-förmige Meer-Röhrlein.

TUBULI VERMICULARES sunt Tubuli marini notabiliter incurvati, rugosi, subrotundi, vermium in modum formati, variè incurvati, inflexi ac intorti.

Species.

Tubulus Vermicularis lævis.

Tubulus Vermicularis cristatus cristâ integrâ Bon. p. 437. n. 20. lit. M.

Solen Anguinus Rumphii. Tubulus Vermicularis cristatus cristâ dentatâ vel laciniatâ. Bon. pag. 437. n. 20. lit. F. Rumph. *Solen anguinus* dictus p. 125. Tab. 41. lit. H.

Tubulus Vermicularis striatus. videatur quoque Rondeletius pag. 110. & Gesn. pag. 158.

Solen arenarius diversimodè crispatus & laciniatus Rum. An solen arenarius secundum apparentiam figuræ diversimodè crispatus & laciniatus Rumph. pag. 124, Tab. 41. lit. C. & D. proprium genus & quale constituere valeat, adhuc dubius hæreo, mihi videtur, quòd suâ structurâ irregulari & oblongâ aliquem florem irregularem monopetulum Tournefortii præseferat, & propterea etiam fortè non omnimodè abs re Tubulus Floriformis. Blumen-förmiges Meer-Röhrlein appellari queat. *Tubulus floriformis. Blumen förmiges Meer Röhrlein.*

✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻

CLASSIS II.

TESTACEA MARINA UNIVALVIA NON TURBINATA SED ITA IN SE CONTORTA, UT EORUM SPIRÆ NON PROMINEANT.

TESTACEA MARINA in se contorta sunt, quorum spira exterior semper interiorem vel totaliter vel aliquâ saltem ex parte includit & cingit, si verò interiores omnes totaliter includat, & extra easdem promineat, tunc ita in se contorta vocantur, ut eorum circumvolutiones aut spiræ nullâ ex parte promineant.

TABU-

TABULA GENERICA TESTACEORUM

Classis Secundæ Partis Primæ.

Testacea Marina univalvia non turbinata sed ita in se contorta, Ut eorum circumvolutiones nullà ex parte promineant.

- Et nullo modo vel vix appareant.
  - In se transversim contorta: Nautili:
    - Læves & Crassi.
    - Striati & tenues.
      - Spinâ Acutâ serratâ.
      - Spinâ Latâ Sulcatâ & in utroque latere serratâ.
  - In se secundum longitudinem contorta.
    - Obliquè, ore in utrâque extremitate prominente clauso & superius frequentius satis patulo: Nuces Marinæ dictæ.
      - Umbilicatæ
        - In unâ tantùm extremitatê.
        - in utrâque extremitate.
      - Fimbriatæ
        - Ore Amplissimo.
        - Utrinque acuminatæ.
      - Pediculo donatæ
    - Perpendiculariter, aperturâ rimæ instar angustâ: Porcellanæ dictæ.
      - Majores
        - Vulgares
          - Pyriformes.
          - Longæ.
        - Fimbriat.
          - Basi integrâ fimbriatâ.
          - Basi ex 1. latere Fimbri.
        - Spirales.
          - Pyriformes.
          - Cylindroidææ.
      - Minores
        - Thoracicæ
          - Nitentes.
          - Non nitentes.
        - Integræ.
          - Fimbriatæ.
          - Fimbriatæ & Tuberosæ.
          - Cylindroidææ.
- Et tamen ex utroque latere omnes appareant: Cornua Amonis dicta.
  - Orbibus arctè inter se unitis: unita dicta.
    - Proportionata.
    - Anomala.
  - Orbibus à se invicem separatis: divisa dicta.
    - Externo tantùm orbe: simpliciter divisa.
    - Omnibus Orbibus divisis: Integrè divisa.

SECTIO I.

SECTIO I.

Testacea Marina univalvia ita in se transversim, vel obliquè secundum longitudinem contorta, ut eorum circumvolutiones nullâ ex parte promineant, & nullo modo vel vix appareant.

GENUS I.

Nautili. Pärle- Schnäcken.

NAUTILI sunt testacea marina univalvia ita in se transversim contorta, ut eorum circumvolutiones nullâ ex parte promineant, & nullo modo vel vix appareant.

Species.

Nautilus lævis crassus major spinâ subrotundâ. Bon. pag. 435. n. 1. Rumph. pag. 62. Tab. 17. lit. A.

Nautilus. striatus tenuissimus spinâ acutâ serratâ. Rumph. pag. 63. Tab. 18. lit. A.

Nautilus striatus minor tenuissimus spinâ latâ sulcatâ & ex utroque latere serratâ. *Testacei Polypi prima Species*. Rond. de pisc pag. 517. Gesn. Schiff-Kuttel. pag. 113. Bon. pag. 438, n. 13. Rumph. pag. 64. Tab. 18. lit. B. n. 1. 2. 3. 4.

Schiffkuttel

Nautilus unde ita dicatur.

Nautilus à verbo græco Naυtilos derivat, per quod piscis & nauta significatur, Testa enim hujus Testacei naviculam præsefert eminente puppe in se ipsam aliquantulum transversim contortam. Germanicè autem Pärle-Schnäck vocatur, quia interna Nautili facies colore unionum integrè obducta est, uniones autem in eâ non generantur.

GENUS II.

Nuces Marinæ. Meer- Nuß.

NUCES MARINÆ sunt Testacea marina univalvia ita in se obliquè secundum longitudinem contorta, ut eorum circumvolutiones nullâ ex parte promineant, & nullo modo vel vix appareant.

Species.

Nux Marina oblonga lævis ore satis patulo basi tantùm umbilicatâ. Bon. pag. 449. n. 3. & 4. Rumph. pag. 91. Tab. 27. lit. G. & H. *Bulla*. dicta.

Bulla Rump.

Nux marina oblonga lævis ore admodum patulo in utrâque extremitate umbilicata. Bon. 471. n. 330.

Nux

Nux marina oblonga lævis ore angustiore basi pedunculo donatâ. Bon. pag. 439. n. 2. *Tellina pedata* dicta. *Concha anatifera* aliis, quam ad nuces marinas reducere volui, quia cum illis figurâ suâ majori ex parte convenire videtur. *Tellina pedata Bon.*

Nux marina oblongâ lævis fimbriata ore amplissimo. Bon. pag. 475. n. 406.

Nux marina admodum elongata lævis fimbriata & in utrâque extremitate acuminata ore satis patulo. Bon. pag. 474. n. 390.

Vocantur hæc testacea Nuces marinæ, quia potiori ex parte tam propter umbilicum quàm colorem cum nucibus juglandibus convenire solent, nec non etiam aliquo modo propter ipsam figuram illis assimilari possunt.

SECTIO II.

Porcellanæ. Porcellain-Schnecken.

PORCELLANÆ sunt testacea marina univalvia non turbinata sed ita in se secundum longitudinem contorta, ut eorum circumvolutiones nullâ ex parte promineant, & nullo modo, vel vix appareant, aperturâ rimæ instar angustâ, dentatâ vel striatâ, quandoque etiam lævi ac per basin extensâ.

GENUS I.

Porcellanæ vulgares. Gemeine Porcellain-Schnecken.

PORCELLANÆ VULGARES sunt Porcellanæ, quæ nec spirales nec fimbriatæ, nec thoracicæ nec integræ sunt.

Species.

Porcellana Vulgaris major nitens collo seu parte superiore parum elongato & angustato, basi verò nullo modo prominente: Pyriformis dicenda. Rumph. pag. 113. Tab. 18. lit. A. E. I. It. pag. 119. in app. Tab. 39. lit. Q. R. S. Bon. pag. 464. n. 231. 253. 256. 264. &c. *Porcellana vulgaris Pyriformis.* Gemeiner Byren-förmige Porcellain-schnäck.

Porcellana vulgaris major in utrâque extremitate elongata: Longa dicenda. Bon. pag. 464. n. 242. 251. *Porcellana Longa.*

Porcellana vulgaris minor Pyriformis. Bon. pag. 464. n. 247.

Porcellana vulgaris minor longa. Bon. pag. 464. n. 242.

B GENUS II.

GENUS II.

Porcellanæ fimbriatæ. Gesaumbte Porcellain-Schnäcken.

PORCELLANÆ FIMBRIATÆ sunt Porcellanæ basi fimbriatâ: Basis autem fimbriata est, quæ in suâ extremitate seu circùmferentiâ densior existit, ac si aliquò modo in se plicata esset.

Species,

Porcellana fimbriata major basi integrâ fimbriatâ. Rumph. pag. 117. Tab. 39. lit. A. B. R.

Porcellana fimbriata major basi ex uno tantùm latere fimbriatâ. Bon. pag. 465. n. 264. 267.

Ovum Rum. Porcellana fimbriata minor basi integrâ fimbriatâ Rumphio *Ovum* dicta. pag. 115. Tab. 38. lit. Q.

Concha Venerea Rond. Kleine rothe Mutter-muschel. Porcellana fimbriata minor basi ex uno tantùm latere fimbriatâ. *Secunda Species Conchæ Venereæ* Rond. pag. 102. Kleine rothe Mutter-Muschel Gesn. pag. 136. Bon. pag. 464. & 475. n. 246. 405.

Porcellana fimbriata minor & striata. Bon. pag. 464. n. 239.

Porcellana fimbriata minor striata & sulcata. Bon. pag. 464. n. 248.

GENUS III.

Porcellanæ Spirales. Eusserlich ein wenig gewundene Porcellain-Schnäcken.

PORCELLANÆ SPIRALES sunt Porcellanæ, quarum interna spira exterius tantillùm solummodò apparet.

Species,

Porcellana spiralis major Pyriformis. Rumph. pag. 114. & 115. Tab. 18. lit. B. & I. Bon. pag. 465. n. 261. 262.

Porcellana spiralis major elongata & figurâ suâ ad Cylindraceam quodammodò accedens: Cylindroidæa dicenda. Rumph. pag. 114. 115. Tab. 18. lit. C. D. K. Bon. pag. 465. n. 263.

Porcellana spiralis minor Pyriformis. Bon. pag. 464. n. 250. Item pag. 471. n. 324.

GENUS IV.

Porcellanæ Thoracicæ. Brust-förmige Porcellain-Schnäcken.

PORCELLANÆ THORACICÆ sunt Porcellanæ minores basi prominente & quasi tumidâ ac leviter tuberosâ, & sine dubio ita

vocan-

vocantur, quia haud multùm absimiles sunt munimento illi ferreo, quo pectus in bello tegitur, & Thorax vocatur.

Species.

Porcellana minor Thoracica nitens. *Tertia & quarta Species Conchæ venereæ Rond.* pag. 103. Dritte Mutter, Muschel und Mutter-Stein Gesn. pag. 136. Rumph. pag. 117. Tab. 39. lit. C.

Porcellana minor Thoracica non nitens. Bon. pag. 463. n. 233.

GENUS V.

Porcellanæ minores integræ. Kleine gantze Porcellain-Schnäcken.

PORCELLANÆ MINORES INTEGRÆ sunt Porcellanæ rimâ angustâ nec striatâ nec dentatâ & in utrâq; extremitate clausâ.

Species.

Porcellana minor intregra fimbriata. Bon. pag. 472. n. 352.

Porcellana minor integra fimbriata & tuberosa. Bon. pag. 471. n. 338.

Porcellana minor Cylindroidæa costâ per medium dorsi transversim protensâ. Bon. pag. 464. n. 249. Rumph. pag. 114. Tab. 38. lit. H.

Porcellanæ vocantur etiam Conchæ Veneris sive venereæ & Murex Mutiani. Rond. pag. 101. Mutter-Muschlen. Venus-Muschlen. Gesn. pag. 136. Porcellain-Muschlen. Valentini Mus. Mus. pag. 186. A nobis nuncupantur Porcellanæ, quia pulchritudine & nitore suo plerumque Porcellanam Sinensem præseferunt.

Murex Mutiani. Mutter-muschlen/Venus-muschlen. Porcellain-muschlen.

SECTIO III.

Cornua Ammonis. Scher-Hörner/Zicher-Hörner.

CORNUA AMMONIS sunt Testacea marina univalvia non turbinata, & serpentum in modum ita in se contorta, ut eorum circumvolutiones nullâ ex parte promineant, & tamen ex utroque latere omnes appareant.

§. I.

Cornua Ammonis unita. Geschlossene Zicher-Hörner.

CORNUA AMMONIS unita sunt Cornua Ammonis omnibus orbibus arctè inter se unitis.

GENUS I.

Cornua Ammonis unita proportionata. Geschlossene und gleich-förmige Zieher-Hörner.

CORNUA AMMONIS unita proportionata sunt Cornua Ammonis externo primo orbe amplitudine & crassitie reliquis interioribus proportionato.

Species.

Umbilicus marinus Bon. Serpentuli Rumph. Cochlea fluviatilis Ericetor. List. Cochlea depressa Rond.

Cornu Ammonis unitum & proportionatum læve. *Umbilicus marinus Bon.* pag. 470. n. 312. *Serpentuli Rumphii*, *Species Cochlearum globosarum* pag. 92. 93. Tab. 27. lit. O. P. R. Item forte: *Cochlea fluviatilis Ericetorum List.* pag. 126. Tit. 13.

Cornu Ammonis unitum & proportionatum striatum. *Cochlea depressa Rond.* pag. 100. Anderer Meer-Schnack. Gesn. pag. 140. Ad hoc genus reduci possunt *Cochlea fluviatiles ex utraque parte concavæ List.* de cochl. fluviat. pag. 143. tit. 26. 27. 28.

GENUS II.

Cornua Ammonis unita anomala. Geschlossene-ungleich-förmige Zieher-Hörner.

CORNUA AMMONIS unita anomala sunt Cornua Ammonis unita externo primo orbe admodum amplo & crasso, ac improportionato ad reliquorum subsequentium internorum crassitiem.

Species.

Nautilus Umbilicatus Cochlea Olearia. Oel-Schnack.

Cornu Ammonis unitum & anomalum læve. Ad hoc genus referendus videtur *Nautilus umbilicatus*, & *Cochlea*, *quæ in Oleario usu erat*, *Rond.* pag. 96. Oel-Schnack Gesn. pag. 139.

Cornu Ammonis unitum & anomalum striatum.

§. II.

Cornua Ammonis divisa. Gesönderte Zieher-Hörner.

CORNUA AMMONIS divisa sunt Cornua Ammonis, quorum primus orbis à reliquis, vel plures, vel etiam omnes à se invicem separantur.



GENUS I.

GENUS I.

Cornua Ammonis ſimpliciter diviſa. Einfältig abgeſönderte Ziehet-Hörner.

CORNUA AMMONIS ſimpliciter diviſa ſunt Cornua Ammonis, quorum tantùm externus orbis à reliquis ſeparatur.

Species.

Cornu Ammonis ſimpliciter diviſum læve.

Cornu Ammonis ſimpliciter diviſum ſtriatum. Rumph. pag. 67. Tab. 20. n. 1.

GENUS II.

Cornua Ammonis integrè diviſa. Völlig abgeſönderte Ziehet-Hörner.

CORNUA AMMONIS integrè diviſa ſunt Cornua Ammonis, quorum omnes orbes à ſe invicem ſeparantur.

Species.

Cornu Ammonis integrè diviſum læve.

Cornu Ammonis integrè diviſum ſtriatum.

Cornu Ammonis integrè diviſum nodoſum & cellulatum. *Oſtreum parvum Cornu Arietis ſimile Bon.* pag. 488. n. 39.

Hujuſmodi teſtacea vocantur Cornua, quia ad modum alicujus Cornu Arietini convoluta ſunt, & Ammonis in honorem Jovis Ammonis, circa cujus templum ſimiles lapides inveniuntur, qui plura circa Ethymologiam nominis Cornu Ammonis deſiderat, conſulat Hiſtoriam meam Lapidum Figuratorum Helvetiæ ejusque Viciniæ pag. 74. lib. 4. cap. 1. ubi fusè de eâ diſſeritur.

Oſtreum parvum Cornu Arietis ſimile Bon.

In fine hujus primæ partis quemadmodum in duabus reliquis ſubſequentibus diligenter notandum eſt, non ſemper in quolibet genere teſtaceorum omnes ſpecies, quæ etiam in libris Celeberrimorum Authorum deſcriptæ, ſed non adeo clarè, occurrunt, apponi, quod longè completius muſeum marinorum requireret, quàm meum eſt; ſic v. g. ſtatim in primo genere hujus partis Claſſis Primæ potuiſſent apponi: Patella ſtriata tenuioribus ſtriis vertice umbonato perforato. Bon. pag. 437. n. 21. Item Patella ſtriata vertice mucronato papillari. Bon. pag. 437. n. 22. 24. 25. verùm cùm dicta deſcripta teſtacea ad manus non ſemper ſint, multò minùs ſatis clarè exponantur, potius illorum deſcriptionem omittere voluimus, quàm Benevolo Lectori imponere, quæ omnia ſuo tempore perfectiora evadent.



METHODI
Novæ & facilis
TESTACEA MARINA
in ſuas Claſſes, genera, & ſpecies diſtribuendi,
PARS II.
Cochleæ marinæ. Meer-Schnäcken.



COCHLEÆ MARINÆ ſunt teſtacea Marina univalvia turbinata, quæ unicâ tantùm conſtant valvâ, & figurâ ſuâ cochlearum in modum intorta ſunt, ita ut intima eorum ſpira aliquo ſaltem modo promineat & producatur.



CLASSIS I.
COCHLEÆ MARINÆ LONGÆ, Lange Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ MARINÆ LONGÆ ſunt Cochleæ marinæ ore admodum elongato & ſuperius aperto.



TABULA

TABULA GENERICA TESTACEORUM

Classis Primæ Partis Secundæ.

Cochleæ marinæ ore admodum elongato & superiùs aperto: Cochleæ Longæ dicendæ.

Ore labiis rectis. { Pyramidales. / Cylindroidææ.

Ore labiis leviter incurvatis: Pyriformes dicendæ.
- Minores.
  - Vulgares.
  - Intortæ integræ.
  - Intortæ Sulcatæ.
- Majores.
  - Vulgares.
  - Intortæ integræ.
  - Intortæ Cylindroidææ.

SECTIO I.

Cochleæ marinæ longæ ore labiis rectis. Lange Meer-Schnäcken mit gradem Gemünd.

GENUS I.

Cochleæ Pyramidales. Kegel-Schnäcken.

COCHLEÆ PYRAMIDALES sunt Cochleæ marinæ longæ ore labiis rectis & angustiore, à basi latiore in acumen quodammodò desinentes.

Species.

Cochlea Pyramidalis umbonata lævis in acumen tenuius desinens. Rumph. pag. 102. Tab. 31. lit D. E. Bon. pag. 157. n. 130. 132. Item pag. 472. n. 356. 357. 358.

Cochlea Pyramidalis umbonata lævis in acumen obtusum desinens. Rumph. pag. 102. Tab. 31. lit. C. & V. Bon. pag. 157. n. 131. 133. 135. & pag. 471. 472. n. 336. 354.

Cochlea Pyramidalis umbonata lævis incurvata in acumen tenuius desinens. *Ficus Rumphii* pag. 91. Tab. 27. lit. K.

Cochlea Pyramidalis umbonata striata & muricata in acumen obtusum desinens. Bon. pag. 454. n. 76. *Ficus Rump.*

Cochlea

Cochlea Pyramidalis umbonata ſtriata & incurvata in acumen tenuius deſinens. *Cylindrus Gagates Bonan. in* pag. 472. n. 355.

Cylindrus Gagates Bon.

Cochlea Pyramidalis umbonata lævis in acumen obtuſum deſinens baſi dentatâ vel tuberoſâ. Bon. pag. 457. n. 134. It. pag. 470. n. 314.

TulipaGallorum, Puntu Madame.

Tulipa Gallorum dicta. Puntu Madame. Rumph. pag. 102. lit. G.

Cochlea Pyramidalis mucronata nitens Achatina lævis minima ore lævi anguſtiore. Kleines Agat-ſteinernes Kegel-Schnäcklein.

Ad hanc ſpeciem quoque pertinere videtur *Conchula lactea intra ſpongias vivens Rond.* pag. 10. *petite Porcelaine* Gallis dicta. Milch-ſtrauben-Schnäcklein Geſn. ſo in den Schwimmen wachſet. pag. 142.

Conchula lactea Bon. petite Porcel.

Cochlea Pyramidalis mucronata nitens Achatina lævis minima ore ex utroque latere dentato ampliore.

Cochlea Pyramidalis mucronata leviter nitens minima ore in interno tantùm labio dentato ſeu ſtriato ampliore.

Voluta Rum. Ad hoc genus videntur quoque reducendæ *Volutæ Rumphii.* pag. 108. deſcriptæ & in Tab. 34. lit. A. F. L. delineatæ.

Cùm hic Cochlearum umbonatarum & mucronatarum mentio fiat, & hæc diſtinctio ad clariorem cochlearum marinarum diviſionem & cognitionem adhuc ſæpius reiteranda ſit, neceſſarium videtur, deſcriptionem tam umbonis quàm mucrônis ſtatim hic addere, à quibus ſc. Cochleæ umbonatæ & mucronatæ denominationem ſuam recipiunt.

Umbo quid ſit.

Umbo igitur nil aliud eſt, quàm centrum externum ſpirarum alicujus Cochleæ quaſi in ſe convolutarum, ubi una ſolùm leviter eminet ſuper alteram & tantùm leve aliquod convexum, convexo alicujus clypei haud abſimile, cujus centrum ſeu medium quoque umbo dicitur, deſcribunt. Quando verò ſpiræ ita producuntur, ut earum diſpoſitio quaſi ſpeciem alicujus coni conſtituat, tunc illa productio ejuſque extremitas mucro appellatur. Interim Cochlea Pyramidalis ſuum nomen debet propriæ ſuæ figuræ, quæ alicui Pyramidi proxima eſt.

Mucro quid ſit.

GENUS II.

Cochleæ Cylindroidææ. Cylinder-Schnäcken.

COCHLEÆ CYLINDROIDÆÆ ſunt Cochleæ marinæ longæ ore labiis rectis, in ſuâ ſummitate ſulcato & Pyramidalium ore magis dilatato, ita ut in utrâque ſuâ extremitate quaſi æqualiter craſſæ & latæ ſint.

Species.

Cochlea Cylindroidæa umbonata lævis nitens ore elongato anguſtiore.

Rumph.

Rumph. pag. 106. Tab. 33. lit. Z. & n. 4. Bon. pag. 470. n. 319.

Cochlea Cylindroidæa umbonata ſtriata ſtriis ſecundum ſpiras ſitis. Rumph. pag. 106. Tab. 33. lit. D. D. & E. E.

Cochlea Cylindroidæa umbonata ſtriata ſtriis tranſverſis ore elongato admodum amplo turbine integro.

Cochlea Cylindroidæa umbonata ore elongato admodum amplo turbine laciniato vel dentato. Rumph. pag. 102. Tab. 31. lit. A. & B.

Cochlea Cylindroidæa mucronata lævis. Bon. pag. 473. n. 57. *Avena marina* dicta. item pag. 457. n. 141. 142. item pag. 470. n. 363.

Cochlea Cylindroidæa mucronata ſtriata.

Vocatur Cochlea Cylindroidæa, quia figurâ ſuâ proximè ad Cylindrum accedit.

SECTIO II.

Cochleæ longæ Pyriformes. Lange Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes ſunt Cochleæ marinæ longæ ore labiis leviter incurvatis, ideoque etiam leviter ventricoſæ.

§. I.

Cochleæ longæ Pyriformes minores. Kleine lange Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes minores ſunt Cochleæ longæ pyriformes ore anguſtiore.

GENUS I.

Cochleæ longæ Pyriformes minores vulgares. Gemeine kleinere lange Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes minores vulgares ſunt cochleę longæ pyriformes minores circa baſin leviter ventricoſæ & in acumen tenuius deſinentes.

Species.

Cochlea longa pyriformis minor vulgaris umbonata lævis. Bon. pag. 456. n. 124. 126. item pag. 157. n. 137. 138.

Cochlea longa pyriformis minor vulgaris umbonata lævis baſi papilloſâ. Bon. pag. 457. n. 129.

Cochlea longa pyriformis minor vulgaris umbonata ſtriata baſi papilloſà. Bon. pag. 456. n. 125.

Cochlea longa pyriformis minor vulgaris mucronata lævis. Bon. pag. 457. n. 127 & pag. 475. 476. n. 407. 408. 411.

Cochlea longa pyriformis minor vulgaris mucronata ſtriata.

GENUS II.

Cochleæ longæ pyriformes minores intortæ integræ. Kleinere lange gedrähete und gantze Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes minores intortæ integræ ſunt Cochleæ longæ pyriformes minores labio ſiniſtro rugoſo & intorto circa medium leviter ventricoſæ in acumen obtuſum integrum deſinentes.

Species.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra umbonata lævis.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra umbonata ſtriata & aculeata.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra umbonata ſtriata rugoſa & muricata. Bon. pag. 473. n. 367.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra umbonata ſtriata rugoſa & tuberoſa. Bon. pag. 468. n. 285.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra umbonata Harpæ Rumphii inſtar fimbriata. Bon. pag. 475. n. 395.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra mucronata lævis mucrone papilloſo. Bon. pag. 469. n. 293.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra mucronata ſtriata mucrone papilloſo. Bon. pag. 469. n. 294.

Cochlea longa pyriformis minor intorta integra mucronata muricata mucrone papilloſo. Bon. pag. 469. n. 296.

Murices Bonanni. Pleræque hucuſque enarratæ Cochlearum longarum pyriformium Species à Bonnano *Murices* vocantur.



GENUS III.

GENUS III.

Cochleæ longæ pyriformes minores intortæ & sulcatæ. Kleinere lange gedrähete und oben eingehickte Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes minores intortæ & sulcatæ sunt Cochleæ longæ pyriformes minores labio sinistro rugoso & quasi intorto circa medium leviter ventricosæ & in summitate suâ sulco donatæ.

Species.

Cochlea longa pyriformis minor intorta & sulcata umbonata lævis.

Cochlea longa pyriformis intorta & sulcata umbonata striata & aculeata. Bon. pag. 469. n. 306.

Cochlea longa pyriformis minor intorta & sulcata mucronata lævis.

Cochlea longa pyriformis minor intorta & sulcata mucronata lævis muricata aculeis obtusis. Bon. pag. 469. n. 301.

Cochlea longa pyriformis minor intorta & sulcata mucronata striata & tuberosa. Bon. pag. 469. n. 297. *Cochlea Musica Gallorum* dicta. *Musica Gallorum.*

Cochlea longa pyriformis minor intorta & sulcata mucronata striata & aculeata mucrone tuberoso. Bon. pag. 469. n. 292. *Cochlea Hebræa* dicta. *Cochlea Hebræa.*

Pleræque Species in hoc genere contentæ etiam à Clarissimo Bonanno *Murices* nuncupantur. *Murices Bonanni.*

§. II.

Cochleæ longæ Pyriformes majores. Grössere lange Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes majores sunt cochleæ longæ pyriformes ore ampliore.

GENUS I.

Cochleæ longæ pyriformes majores vulgares. Gemeine grössere lange Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes majores vulgares sunt Cochleæ longæ pyriformes circa basin leviter ventricosæ, & in acumen tenuius desinentes vulgares.

Species.

Cochlea longa pyriformis major vulgaris umbonata striata striis tenuissimis

Cochlites Cylindroidæus seu Pyramidalis. ſimis ore in acumen admodum tenue deſinente. Bon. pag. 450. n. 15. Convenit cum cochlite Cylindroidæo ſeu Pyramidali ſtriato ſtriis tranſverſis cum perpendicularibus opus reticulare efformantibus mediocri ſubcinereo trium ſpirarum turbine quaſi plano. Videatur Hiſtoria Lap. Fig. Helv. ejusque Viciniæ pag. 113. Tab. 33. fig. 5.

Cochlea longa pyriformis major vulgaris umbonata & ſtriata ſtriis craſſioribus ore in acumen obtuſum deſinente. Bon. pag. 475. n. 402.

Cochlea rugoſa & umbilicata. Gerunkleter Nabel-Schnack. Cochlea longa pyriformis major vulgaris umbonata ſtriata ſtriis craſſioribus & rugoſis ore in acumen obtuſum deſinente umbilicata. *Cochlea rugoſa & umbilicata Rond.* pag. 106. Gerunkleter Nabel-Schnack Geſn. pag. 140.

Cochlea longa pyriformis major vulgaris mucronata lævis. Bon. pag. 457. n. 147. & pag. 474. n. 391.

Cochlea longa pyriformis major vulgaris mucronata ſtriata.

GENUS II.

Cochleæ longæ pyriformes majores intortæ integræ. Gröſſere lange gedrähete und gantze Byren-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes majores intortæ integræ ſunt Cochleæ longæ pyriformes majores labio ſiniſtro rugoſo & intorto circa medium leviter ventricoſæ in acumen obtuſum integrum deſinentes.

Species.

Cochlea longa pyriformis major intorta integra umbonata lævis fimbriata. Bon. pag. 465. n. 269. *Cochlea faſciata* dicta.

Cochlea longa pyriformis major intorta integra umbonata & ſtriata.

Cochlea longa pyriformis major intorta integra mucronata lævis. Bon. pag. 471. n. 329.

Cochlea longa pyriformis major intorta integra mucronata ſtriata.

GENUS III.

Cochleæ longæ pyriformes majores intortæ cylindroidææ. Gröſſere lange gedrähete Byren-förmige Cylinder-Schnäcken.

COCHLEÆ longæ pyriformes intortæ cylindroidææ ſunt Cochleæ longæ pyriformes majores labio ſiniſtro rugoſo & quaſi intorto circa medium leviter ventricoſæ & in ſummitate ſuâ ſulco donatâ ac baſi æqualiter quaſi craſſæ ſeu expanſæ. Spe-

Species.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa umbonata lævis. Bon. pag. 449. n. 2. & 10.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa umbonata lævis basi dentatà insigniter ventricosa. Bon. pag. 449. n. 1.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa umbonata lævis ore ampliore. Bon. pag. 450. n. 6. & pag. 471. n. 330.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa umbonata striata & tuberosa ore ampliore. *Conchylium Rond.* pag. 83. **Ein ander Geschlecht von Purpur-Schnäcken.** Gesn. pag. 145.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa mucronata lævis incurvata. Bon. pag. 474. n. 387.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa mucronata aculeata & levissimè striata. Rumph. pag. 103. *Versspertilio dicta species volutæ.* Tab. 32. lit. H. & I. item *Kroon-hoorn.* pag. 108. Tab. 34. lit. H. & I. item *Murex rostratus.* Bon. pag. 469. n. 295.

Cochlea longa pyriformis major intorta cylindroidæa mucronata aculeata & fimbriata fimbriis striarum in modum transversim per integram externam spirarum superficiem in æquali distantiâ expansis. Rumph. pag. 104. *Harpa dicta species volutæ.* Tab. 32. lit. K. L. M. Bon. pag. 460. n. 185.

Conchylium Rond. **Ein ander Geschlecht von Purpur-Schnäcken.** *Versspertilio Rum. Kroonhoorn ejusd. Murex rostratus Bon. Harpa Rumphii.*

Omnes in hâc sectione descriptae Cochleæ longæ vocantur pyriformes, quoniam ob levem suam ventricositatem non incongruè alicui pyro assimilari possunt, & Pyri modo turbinatæ sunt.

Circa cochleas hucusque in hâc classi enarratas insuper notandum venit, primò, quod omnes cochleæ cylindroidææ vocatæ in suâ summitate sint sulcatæ, quandoque simpliciter, quandoque etiam dupliciter. Secundò, quòd præter superficiem testaceorum lævem & striatam dentur adhuc plures aliæ diversę & inęquales, uti sunt: Rugosa, papillosa, verrucosa, tuberosa, aculeata & muricata, quarum cognitio multùm conducet ad clariorem & faciliorem intelligentiam descriptionum reliquorum testaceorum, quas in subsequentibus classibus proponemus. Rugosa igitur testaceorum superficies est, quæ rugis oppleta est, rugę autem differunt à striis 1. quòd non regulariter sitæ sint. 2. quòd non sint integræ, sed hinc inde rumpantur, & plerumque non in eâdem lineâ, in quâ ruptæ sunt, iterum incipiant. 3. non sunt sibi ęquales nec proportionatę quoad crassitiem, eminentiam &c. Superficies papillosa vocatur

Cochleæ Cylindroidææ in suâ summitate semper sunt sulcatæ.

Testacea rugosa quid sint.

Quid papillosa.

Quid verrucoſa. Quid ſuberoſa. Quid aculeata. Quid muricata. Superficies non conſtituit notam Characteriſticam teſtaceorum.

catur illa, quę papillulis ſubrotundis & lęvibus obſita eſt, quemadmodum verrucoſa, quę tuberculis inęqualibus poroſis & hinc inde fiſſuris donatis inſignita eſt. Superficies tuberoſa habet tubercula majora tuberibus aliquantulum analoga, & aculeata vocatur, quę aculeis deorſum ſpectantibus inſtructa eſt. Muricata demum appellantur illa teſtacea, quę aculeis nunc majoribus nunc tenuioribus horizontaliter ſitis & extrorſum ſpectantibus armata ſunt. Omnes autem iſtę ſuperficiales teſtaceorum diverſitates ad conſtituendam illorum notam characteriſticam nihil prorſus conferre poſſunt, cùm reſpectu illius ſe habeant in materiâ teſtaceâ, ſicuti radices, folia & colores ſe habent in re herbariâ reſpectu florum & ſeminum, qui unicè earum notas characteriſticas conſtituunt.

CLASSIS II.

COCHLEÆ CANALICULATÆ.
Geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ canaliculatæ ſunt Cochleæ marinæ ore elongato & ſuperius in canaliculum abeunte.

TABULA GENERICA TESTACEORUM
Claſſis Secundæ Partis Secundæ.

Cochleæ canaliculatæ

Rectæ.	Tenuiores.	
	Craſſiores.	Vulgares.
		Purpuræ rectiroſtræ
Incurvatæ.	Introrſum.	
	Extrorſum.	Vulgares.
		Murices.
		Muriciformes.
		Purpuræ curviroſtræ.
		Caſſidiformes umbilicatæ.
	Dextrorſum.	Caſſidæ.

SECTIO I.

SECTIO I.

Cochleæ marinæ canaliculatæ rectæ. Grad geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ marinæ canaliculatæ rectæ sunt Cochleæ marinæ canaliculatæ canaliculo recto.

GENUS I.

Cochleæ canaliculatæ rectæ tenuiores. Engere grad geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ canaliculatæ rectæ tenuiores sunt Cochleæ canaliculatæ rectæ ore elongato angustiore.

Species.

Cochlea canaliculata recta tenuior umbonata lævis.

Cochlea canaliculata recta tenuior umbonata striata striis quasi sulcatis canaliculo admodum elongato. Bon. pag. 471. n. 337.

Cochlea canaliculata recta tenuior umbonata striata canaliculo breviore sed crassiore ore denticulato. Bon. pag. 452. n. 36.

Cochlea canaliculata recta tenuior umbonata striata canaliculo admodum tenui & notabiliter elongato ore ex utraque parte externè fimbriato, internè verò striato aut denticulato; striis secundum spiras sitis papillosis.

Hinc ad Echinophorarum gentis spectare videtur, verùm, cùm papillæ externæ, uti superius jam dictum est, solæ proprium genus constituere non valeant, meritò ad hoc reducta est. *Echinophoræ*

Cochlea canaliculata recta tenuior umbonata striata & muricata canaliculo rugoso. Bon. pag. 460. n. 186.

Cochlea canaliculata recta tenuior mucronata lævis.

Cochlea canaliculata recta tenuior mucronata striata non nihil ventricosa ore labioso & dentato mucrone verò rugoso. Bon. pag. 461. n. 194. *Crumena Gallorum.*

Cochlea canaliculata recta tenuior mucronata striata papillosa & pinnata. Bon. pag. 459. n. 183. *Crumena Gallorum.*

Hic bene notandum est, inter canaliculos cochlearum rectos etiam illos intelligi, qui leviter tantùm aut quasi insensibiliter inflexi aut incurvati sunt. Os verò cochlearum tunc fimbriatum vocari, quando extre- *Per canaliculos rectos intelliguntur etiam canaliculi levi-*

ter vel quasi insensibiliter incurvati. extrema oris labia tantillùm in se reflectuntur seu extima testæ superficies, ita ut reliquæ testæ secundum longitudinem oris tantillùm superposita videatur, sicque unâ vice crassior reliquâ subjectâ testâ evadat, & fimbriam quandam constituat, quæ sæpius utrumque labium, nonnunquam unum tantùm, nonnunquam etiam alia cochleæ loca occupat. & propterea etiam cochleæ ipsæ quandoque fimbriatæ vocantur. Labia oris cochlearum ad commodiorem notæ Characteristicæ expositionem necessariò debuerunt dividi in dextrum & sinistrum labium, vel in externum & internum.

Os fimbriatum.

Et cochleæ fimbriatæ quid sint.

Os labiosum. Per os labiosum intelligitur tale cochlearum os, cujus labium unum tantùm vel etiam utrumq; non nihil extra orificium effunditur & tantillùm reflectitur, quod potissimùm in ore sinistro vel interno observari solet.

GENUS II.

Cochleæ canaliculatæ rectæ crassiores vulgares. **Gemeine dicke grad geröhrlete Meer-Schnäcken.**

COCHLEÆ canaliculatæ rectæ crassiores vulgares sunt Cochleæ canaliculatæ rectæ ore elongato ampliore vulgares.

Species.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris umbonata lævis.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris umbonata striata striis canaliculatis & in summitate sua sulcata canaliculo rugoso & quasi in se contorto. Bon. pag. 450. n. 16.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris umbonata striata & papillosa.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris mucronata lævis.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris mucronata striata ac fimbriata canaliculo rugoso & quasi in se contorto mucrone tuberoso. Bon. pag. 472. n. 345.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris mucronata rugosa & papillosa duplici fimbriâ donata. Bon. pag. 472. n. 346.

Cochlea canaliculata recta crassior vulgaris mucronata rugosa & striata fimbriis secundum spiras sitis cincta. Bon. pag. 472. n. 347.

GENUS III.

Purpuræ rectirostræ. **Grad geröhrlete Purpur-Schnäcken.**

PURPURÆ rectirostræ sunt Cochleæ canaliculatæ rectæ crassiores canaliculo admodum longo & tenui ore ex latere sinistro labioso è pluribus laminis sibi invicem impositis conflatæ striatæ & rugosæ.

Species.

Purpura rectirostra umbonata & muricata acumine canaliculi tantillùm extrorsum inclinato. *Purpura Rond.* pag. 64. Ein Purpur-Schnäck / Nagel-Schnäck / Stachel-Schnäck Gesn. pag. 144. Bon. pag. 468. n. 282. 283. 284. quarum duæ priores ventricosæ & echinatæ vocantur, tertia verò aculeis incurvatis cornuum alicujus bovis instar instructa est. *Purpura Rond.* Purpur schnäck / nagelschnäck Stachel-Schnäck.

Purpura rectirostra mucronata tuberosa canaliculo longissimo & acuminato acumine extrorsum tantillùm inclinato. Bon. pag. 466. n. 270. *Rumph. Haustellum.* pag. 86. Tab. 26. lit F. *Haustellum.*

Purpura rectirostra mucronata fimbriata ac muricata aculeis longissimis sicut & canaliculo longissimo densèque aculeato. Bon. *Purpura aculeata*, *Istrix marinus. Neapolitanis*: *Sconciglio spinoso.* pag. 467. n. 271. *Rumph. Tribulus.* pag. 86. Tab. 26. lit. G. & n. 3. *Purpura aculeata: Istrix marinus. Sconciglio spinoso. Tribulus.*

Hic bene notandum est, omnes hujusmodi purpuras tam præsentes rectirostras quàm subsequentes curvirostras è pluribus laminis sibi invicem impositis coagmentari, è quarum plicis notabiliter prominentibus & arctè unitis atque in elongatum acumen desinentibus earum aculei efformantur, si cochleę vel earum partes hujusmodi aculeis insignibus armentur, tunc muricatę vocantur.

Purpuræ à Gręcis Porphyria micra, Purpurę parvę ab Aristotele nominantur. Genuensibus: Roncera, Venetis: Ognella. Gallis: Burez. *Roncera, Ognella, Burez.*

SECTIO II.

Cochleæ marinæ canaliculatæ incurvatæ. Krum geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ marinę canaliculatę incurvatę sunt cochleę marinę canaliculatę canaliculo incurvato.

GENUS I.

Cochleæ canaliculatæ inttorsum incurvatæ. Innwehrts gekrümmte geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ canaliculatæ introrsum incurvatæ sunt Cochleæ canaliculatæ canaliculo introrsum incurvato, id est, versus orificium cochleæ.

Species.

Cochlea canaliculata introrsum incurvata umbonata lævis.

Cochlea canaliculata introrſum incurvata umbonata ſtriata fimbriata globoſa & in ſummitate ſuâ ſulcata canaliculo rugoſo & quaſi in ſe contorto. Bon. pag. 451. n. 22. & fortè etiam huc pertinet illa n. 25. indicata.

Cochlea globoſa quid. Per cochleas globoſas intelliguntur illæ, quarum venter globi inſtar ſubrotundus eſt.

Cochlea canaliculata introrſum incurvata mucronata lævis.

Cochlea canaliculata introrſum incurvata mucronata lævis pyriformis aurita mucrone papilloſo. Bon. pag. 469. n. 303.

Cochlea canaliculata introrſum incurvata mucronata ſtriata & aurita mucrone partim muricato partim tuberoſo. Bon. pag. 470. n. 321

Cochlea aurita quid. Si labium oris alicujus cochleæ (quod potiſſimùm de externo ſeu dextro labio intelligendum eſt) ita effundatur, & in appendices quaſdam nunc tenuiores & quaſi planas, nunc latiores craſſiores & concavas, elongatas, criſpatas &c. auris vel alicujus auriculæ inſtar expanſas aut pendentes abeat, quę appendices ad orificium vel labium oris conſtituendum quaſi ſuperfluæ videntur, & potius ad ornamentum quoddam & defenſionem latitantis animalis inſerviunt, tunc talis cochlea aurita vocatur.

GENUS II.

Cochleæ canaliculatæ extrorſum incurvatæ vulgares. Gemeine auſſenwehrts gekrümte geröhrlete Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ canaliculatæ extrorſum incurvatæ vulgares ſunt cochleæ canaliculatæ canaliculo extrorſum incurvato, id eſt, verſus dorſum cochleæ.

Species.

Cochlea canaliculata extrorſum incurvata vulgaris umbonata lævis.

Cochlea canaliculata extrorſum incurvata vulgaris umbonata ſtriata ventricoſa fimbriata fimbriis inſigniter muricatis ore admodum labioſo. Bon. pag. 468. n. 286.

Cochlea canaliculata extrorſum incurvata vulgaris umbonata ſtriata ſtriis canaliculatis & umbilicata. Bon. pag. 450. n. 17. & p. 451. n. 28.

Cochlea canaliculata extrorſum incurvata vulgaris umbonata rugoſa & muricata ore labioſiſſimo & dentato. Bon. pag. 471. n. 326. 327.

Cochlea canaliculata extrorſum incurvata vulgaris umbonata rugoſa & muricata labio oris ſiniſtro rugoſo & quaſi intorto. *Murex Coracoides*

Murex Coracoides Rond.

des-

des Rond. p. 78. Das vierte Geschlecht der Stachel-schnäcken Gesn. p. 146.
Cochlea canaliculata extrorsum incurvata vulgaris mucronata lævis.
Cochlea canaliculata extrorsum incurvata vulgaris mucronata striata & fimbriata. Bon. pag. 458. n. 162.
Cochlea canaliculata extrorsum incurvata vulgaris mucronata striata & tuberosa. Bon. pag. 469. n. 298. *Cochlea musica Gallorum dicta.* *Musica Gallorum.*
Cochlea canaliculata extrorsum incurvata vulgaris mucronata ore labioso & mucrone papilloso. Bon. pag. 469. n. 299.
Cochlea canaliculata extrorsum incurvata vulgaris mucronata mucrone partim muricato partim tuberoso. Bon. pag. 463. n. 229.

GENUS III.

Murices. Stachel-Schnäcken.

MURICES sunt cochleæ canaliculatæ extrorsum incurvatæ mucronatæ prope summitatem è latere dextro sulcatæ & auritæ.

Species.

Murex lævis. Bon. pag. 470. n. 307. Rumph. pag. 110. Tab. 36. lit. N. *Alata Epidromis gibbosa dicta.* item pag. 111. Tab. 37. lit. V. & X. *Alatæ Canaria dictæ. Lukuana* lit. S. & illa n. 3. & 4. Das erste Geschlecht der Stachel-Schnäcken Gesn. pag. 145. lit. B. *Alata Epidromis gibbosa, Canaria, Lukuana Rumph.*
Murex lævis mucrone papilloso. Rumph. pag. 110. Tab. 36. lit. M. *Alata Epidromis.* item pag. 112. Tab. 37. n. 2. Bon. pag. 157. n. 150. *Alata Epidromis Rum.*
Murex striatus aure breviore subrotundâ ultra primam spiram non extensâ, sed extrorsum expansâ mucrone muricato & papilloso. Bon. pag. 469. n. 304. & fortè etiam *Murex marmoreus Rond.* pag. 76. Das erste Geschlecht der Stachel-Schnäcken Gesn. pag. 145. lit. A. *Murex marmoreus Rond.*
Murex papillosus aure ad tertiam spiram usque elongatâ & cum appendice (sicuti sæpius auricula cuti) ita spiris adhærente munitâ ac fimbriatâ. Rumph. pag. 111. Tab. 36. lit. P. *Alata Epidromis minima dicta* item in eâdem paginâ Tab. 37. lit. Q. *Alata lentiginosa vocata*, fortè huc etiam pertinet *Murex lacteus Rond.* pag. 78. Milch-farber Stachel-Schnäck Gesn. pag. 146. *Epidromis minima, alata Lentiginosa Murex lacteus Rond.* Milch-farber Stachel-Schnäck *Gesn.*
Murex striatus rugosus & fimbriatus aure ad tertiam spiram usque elongatâ & cum appendice (sicuti sæpius auricula cuti) ita spiris adhærente munitâ muricatus. Bon. pag. 469. n. 300.
Murex tuberosus aure appendice oblongâ & acuminatâ instar alicujus auriculę cuti non adhęrentis ab aure pendente. Rumph. pag. 111. Tabula 37. lit. R. *Pugiles.* Item pag. 112. in app. Tab. 27. n. 5. *Pugiles Rumphii*

Murex ſtriatus & fimbriatus aure extrorſum expansâ cum appendice oblongâ inſtar alicujus auriculæ cuti non adhærentis ab aure pendente muricatus & papilloſus. Bon. pag. 469. n. 302. It. pag. 470. n. 310. 311.

Murex ſtriatus & rugoſus aure extrorſum expansâ cum appendice latiuſculâ inſtar alicujus auriculæ cuti non adhærentis ab aure pendente inſigniter muricatus. Bon. pag. 470. n. 308. 309.

Alata lata Rumph. Murex aure omnium longiſſimâ & latiſſimâ. Rumph. pag. 110. Tab. 36. lit. L. *Alata lata dictus.*

Garagoo cornuto. Murex alatus. Murex aure admodum longâ & latâ ſtriatus & tuberoſus validiſſimè muricatus & omnium maximus. Bon. pag. 474. n. 385. 386. *Italis: Garagoo Cornuto dictus. Aliis murex alatus.*

Murices auriti Bon. Hucuſque enarratæ muricum ſpecies à clariſſimo Rumphio pag. 109. Alatæ vocantur, à Reverendo patre Bonanno autem murices auriti, verùm cùm dilatatio labii dextri longè magis cum ſtructurâ alicujus auris conveniat, præſertim ſi in infimâ ejus parte appendix quædam auriculam referens adſit, quàm cum aliquâ alâ expansâ, tò auritum potius elegimus.

Siquidem nomen murex ab omnibus Authoribus rem marinam deſcribentibus ſemper fuit uſitatiſſimum & receptiſſimum, illud quoque huic cochlearum canaliculatarum generi applicare voluimus, præſertim cùm pleræque earum ſpecies muricatæ ſint, & propterea etiam murices appellatæ fuerint.

Murex à mure ita dicitur. Murex à mure derivat, cujus acuta figura eſt. Lex. med. etymot. Io. Bapt. Callard de la Duquerie.

GENUS IV.

Cochleæ muriciformes inſigniter criſpatæ vel ungulatæ.
Stachel-Schnäcken-förmige wohl gekraußte oder mit groſſen Klauen begabte Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ muriciformes inſigniter criſpatæ vel ungulatæ ſunt Cochleæ canaliculatæ extrorſum incurvatæ mucronatæ verſus ſummitatem è latere dextro ſulcatæ auritæ labio oris dextro auris inſtar admodum expanſo & concavo, nec non inſigniter criſpato, aut in appendices elongatas canaliculatas & ungularum inſtar incurvatas ac acuminatas abeunte.

Species.

Cochlea muriciformis inſigniter criſpata ſtriata tuberoſa ac fimbriata.

Rumph.

Rumph. pag. 110. Tab. 36. lit. G. *Alata cornuta dicta. An turbo instar muricis tuberculis armatus. Bon.* pag. 455. n. 103. *Alata Cornuta Rump.*

Cochlea muriciformis ex uno tantùm latere insigniter ungulata striata tuberosa. *Aporrhaides Rond.* pag. 79. Ein andere Art Stachel-Schnäcken. Gesn. 146. Rumph. pag. 109. Tab. 35. lit. B. It. pag. 110. in eâdem tabulâ lit. E. F. H. It. Tab. 36. lit. I. & K. & pag. 112. in app. Tab. 37. n. 1. quæ secundum illum ad Alatarum classim pertinent & diversimodè denominantur. *Primæ nimirum Heptadactyli Plinii. Secunda Cornuta Decumana. Tertiæ Cornuta millepeda & Nodosa &c.* Bon. pag. 470. n. 315. 316.. *Murex à Græcis Pentidactylus appellatus.* *Aporrhaides Rond.* *Heptadactyli PliniiCornuta Decumana, Millepeda, Nodosa &c. Rumph.*

Cochlea muriciformis ex utroque latere insigniter ungulata striata tuberosa. *Purpura Bellonii, Gesn.* pag. 144. *Rumph. Alata Harpago dicta* pag. 109. Tab. 35. lit. A. *Bon. murex senis appendicibus canaliculatis decoratus.* pag. 470. n. 317. 318. *Murex Pentidactylus Græcorum.* *Purpura Bellonii.* *Alata Harpago Rumph.*

GENUS V.

Purpuræ curvirostræ. Krum-geröhrlete Purpur-Schnäcken.

PURPURÆ curvirostræ sunt cochleæ canaliculatæ extrorsùm incurvatæ mucronatæ ore in latere sinistro labioso è pluribus laminis sibi invicem impositis conflatæ striatæ & rugosæ.

Species.

Purpura curvirostra crispata & admodum rugosa. Bon. pag. 465. n. 275.

Purpura curvirostra fimbriata. Bon. pag. 467. n. 277.

Purpura curvirostra papillosa & fimbriata fimbriis setis rectis munitis. Rumph. pag. 86. Tab. 26. lit. E.

Purpura curvirostra tuberosa. *Murex Saxatilis Rumphii* pag. 85. Tab. 26. lit. B. Bon. pag. 467. n. 373. *Neapolitanis Carosa dicta.* Item n. 278. *Purpura gibbosa vocata.* *Murex Saxatilis Rum.* *Carosa Neapolitanis.*

Purpura curvirostra muricata. Bon. pag. 467. n. 272. *Purpura marmorea dicta.* *Purpura gibbosa. Bon.* *Purpura marmorea.*

Purpura curvirostra laminis in folia tenuissimè laciniata foliis Endiviæ laciniatæ & crispatæ haud absimilia expansis & effusis. *Murex ramosus Rumphii* pag. 85. Tab. 26. lit. A. Item *ejusdem murex minor* pag. 86. Tab. 26. lit. C. cum sequentibus lit. D. & n. 1. 2. *Purpura Triangularis Bon.* pag. 467. n. 280. 281. *Murex ramosus.* *Murex minor Rumph.* *Purpura triangularis Bon.*

Purpura curvirostra laminis in summitate cochleæ in alios canaliculos itidem extrorsùm incurvatos suâque conjunctione umbilicum constituentes abeuntibus, & ideo umbilicata dicenda. Bon.

Purpura Echinophora sive Echinata Bon.

pag. 467. n. 274. & 276. quæ ultima illi *Purpura Echinophora sive echinata dicitur*, nobis verò muricata.

GENUS VI.

Cochleæ caſſidiformes umbilicatæ. Genablete Beckelhauben-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ caſſidiformes umbilicatæ ſunt cochleæ canaliculatæ extrorſum incurvatæ inſigniter ventricoſæ canaliculo obliquè ſiniſtrorſum reflexo ac depreſſo dextro oris labio fimbriato & dentato, ſiniſtro verò labioſo & ſtriato teſtâ ipsâ ſtatim ponè labium ſiniſtrum aliâ fimbriâ donatâ, inter quam & labium foramen pericoclium ſeu umbilicum conſtituens ſitum eſt.

Species.

Cochlea caſſidiformis umbilicata umbonata lævis. Rumph. pag. 84. Tab. 25. lit. A. B. C. E. n. 1. 2. 8. 9.

Cochlea caſſidiformis umbilicata umbonata ſtriata. Rumph. p. 84. Tab. 25. n. 5. Bon. p. 451. n. 20. item p. 458. n. 157. & 163. *Ovi figuram exprimens*.

Drappo d'argento. Turbo auritus muricatus. Cochlea indica ventricoſa. Murex Triangularis Rond. Drey-Ecketer ſtachel-ſchnäck. Geſn. Turbo auritus Aldrovandi.

Cochlea caſſidiformis umbilicata umbonata ſtriata papilloſa aut tuberoſa. Rumph. pag. 84. Tab. 25. lit. D. & n. 4. 6. 7. Bon. pag. 458. n. 156. *Ab Italis Drappo d'argento dicta*. n. 160. *Turbo auritus muricatus* & n. 161. item pag. 470. n. 322. *Cochlea indica ventricoſa dicta*.

Cochlea caſſidiformis umbilicata & umbonata ſtriata tuberoſa & muricata ſive aculeata. *Rond. Murex triangularis dicta* pag. 77. Ein Drey-Ecketer Stachel-Schnäck Geſn. pag. 145. Rumph. pag. 81. Tab. 23. n. 1. item pag. 84. Tab. 25. n. 3. Bon. pag. 458. n. 155.

Cochlea caſſidiformis umbilicata & mucronata lævis. Bon. pag. 458. n. 151. *Turbo auritus Aldrovando dicta* & n. 145.

Cochlea caſſidiformis umbilicata & mucronata ſtriata. Bon. pag. 458. n. 152. 158. 159.

Cochlea caſſidiformis umbilicata & mucronata ſtriata papilloſa aut tuberoſa. Bon. pag. 458. n. 153.

Circa Species cochlearum caſſidiformium ſicuti etiam reliquorum tam jam deſcriptorum quàm adhuc deſcribendorum teſtaceorum diligenter notandum eſt, quòd ſi in citatione earundem quandoque erretur, v. g. circa expoſitionem ſtructuræ, oris, fimbriarum, turbinis &c. quæ partes potiſſimum ad conſtituendas notas characteriſticas concurrunt, & conſequenter citatæ cochleæ quandoque non ad debitum genus reducantur,

tur, non ægro ferendum sit animo, præsertim cùm omnes testaceorum species mihi ad manus non fuerint, & sic sæpissimè fortuito tantùm conjectandum erat, an hæc vel illa species ad hoc vel illud genus reduci debeat. Etenim Authores à pulchritudine & diversitate testaceorum colorum plerumque quasi occæcati descriptionem & delineationem præcipuarum partium notas characteristicas constituentium majori ex parte hucusq; neglexerunt, qui tamen error facilè poterit corrigi ab iis, qui hujusmodi cochlearum species possident, nam si non ad citatum genus pertineant, semper levi negotio aliud invenient, cui adnumerari poterunt.

Plurimi Authores à pulchritudine colorum testaceorum occæcati partes eorum notas Characteristicas constituentes neglexerunt.

Vocantur autem hæ cochleæ cassidiformes, quia structurâ suâ quodammodo cassidem præseferunt, & magnâ ex parte cum subsequente genere Cassida vocato conveniunt.

Cochleæ cassidiformes cur ita vocentur.

GENUS VII.

Cassidæ. Beckel-Hauben.

CASSIDÆ sunt Cochleæ canaliculatæ dextrorsum incurvatæ insigniter ventricosæ sinistro oris labio tenuissimè labiato & umbilicato umbonatæ.

Species.

Cassida umbilicata & umbonata striata rugosa striis canaliculatis & extimâ spirâ versus orificium gradatim ampliatâ. *Cochlea Galeiformis dicta Bon.* pag. 459. n. 179. utrum illa tuberosa. pag. 460. & n. 184. descripta ac delineata quoque ad hoc genus pertineat, dubius hæreo.

Cochlea Galeiformis Bon.

Præter jam in titulis adducta signa notæ characteristicæ tam cassidæ quàm cochlearum cassidiformium observatur etiam plerumque in illarum speciebus labium oris dextrum suâ extimâ peripheriâ aliquo saltem modo vel quandoque etiam notabiliter extrorsum reflexum, quo figura alicujus cassidis non parum adjuvatur.

Striæ canaliculatæ vocantur illæ, quarum eminentia externa in internâ testaceorum facie canaliculi instar concava observatur.

Striæ canaliculatæ quid sint.

Cochlea autem umbilicata vocatur illa, quæ præter os majus cochleis proprium extra illud è latere sinistro aliud possidet, circa quod tanquam circa suum pericochlium spiræ cochleæ circumvolvuntur, quod foramen propriè umbilicus dicitur. Vide Hist. Lap. Fig. Helv. &c. pag. 106.

Cochlea umbilicata quid sit.

Denique Cochlea tenuissimè labiosa est illa, cujus labium sinistrum vel etiam dextrum tam tenuiter supra reliquam cochleæ testam reflectitur

Et Cochlea tenuissimè labiosa.

& ex-

& extenditur, ut inſtar tenuiſſimi alicujus linteoli tranſparens & pellucidum ſit, hinc etiam hujuſmodi cochlea non incongruè tranſparentes vel pellucidè labioſa nuncupari poſſet.

Caſſida quid ſignificet. Hoc cochlearum genus voco Caſſidam, quia inter omnia teſtacea marina nullum ſuâ figurâ & ſtructurâ propius ad aliquam Caſſidem vel Caſſidam accedit, quemadmodum Fabius Columna & poſt illum Tournefortius lamium peregrinum ſeu ſcutellariam C. B. pin. 231. Caſſidam vocarunt propter ſeminum capſulam, quæ figurâ ſuâ caſſidem præſefert.



CLASSIS III.

BUCCINA. Rinck-Hörner / Horn-Schnäcken / Pusun-Schnäcken.

BUCCINA ſunt Cochleæ marinæ ore & mucrone ſimul elongatis primâque ſpirâ notabiliter ventricosâ.

TABULA GENERICA TESTACEORUM

Claſſis Tertiæ Partis Secundæ,

Buccina.

Parva.	Pruniformia acuminata. Pruniformia canaliculata. Curviroſtra. Sulcata. Sulcata & canaliculata. Integra ore perpendiculari. Integra ore obliquo.
Majora.	Canaliculata roſtrata ore ſimplici. Canaliculata roſtrata ore labioſo. Canaliculata roſtrata ore labioſo fimbriata. Canaliculata ſulcata.



SECTIO I.

SECTIO I.

Buccina parva. Kleine Kinck-Hörner.

BUCCINA parva ſunt Buccina mucrone mediocriter elongato & tenuiter acuminato.

GENUS I.

Buccina parva pruniformia acuminata. Kleine zugeſpitzte zwetſchgen-förmige Kinck-Hörner.

BUCCINA parva pruniformia acuminata ſunt Buccina parva ore ſuperius aperto & acuminato.

Species.

Buccinum parvum pruniforme acuminatum læve. Bon. pag. 459. n. 176. 177. 178. 180. & pag. 472. n. 351.

Buccinum parvum pruniforme acuminatum ſtriatum. Bon. pag. 459. n. 182.

Buccinum parvum pruniforme acuminatum ſtriatum & fimbriatum. Bon. pag. 450. n. 8.

GENUS II.

Buccina parva pruniformia canaliculata. Kleine geröhrlete zwetſchgen-förmige Kinck-Hörner.

BUCCINA parva pruniformia canaliculata ſunt Buccina parva ore ſuperius aperto & acuminato in canaliculum abeunte.

Species.

Buccinum parvum pruniforme canaliculatum læve. Bon. pag. 452. n. 33. 49.

Buccinum parvum pruniforme canaliculatum ſtriatum. Bon. pag. 452. n. 51.

Buccinum parvum pruniforme canaliculatum ſtriatum & tuberoſum. Bon. pag. 453. n. 61.

Buccinum parvum pruniforme canaliculatum ſtriatum & fimbriatum. Bon. pag. 453. n. 60. 62. 63.

Buccinum parvum pruniforme canaliculatum ſtriatum tuberoſum & fimbriatum. Bon. pag. 453. n. 58. 59. 63.

GENUS III.

Buccina parva curviroſtra. Kleine krum, geſchnablete Rinck, Hörner.

BUCCINA parva curviroſtra ſunt Buccina parva ore ſuperius aperto & acuminato in canaliculum extrorſum incurvatum abeunte.

Species.

Buccinum parvum curviroſtrum læve.

Buccinum parvum curviroſtrum ſtriatum. *An Buccinum parvum ſtriatum Rond.* pag. 83. Kleines Rinck, Horn Geſn. pag. 143.

Buccinum parvum curviroſtrum ſtriatum ore fimbriato papilloſum. *Caſſis verrucoſa Rumphii* pag. 82. Tab. 24. n. 3. & 5. lit. D. & F.

Buccinum parvum curviroſtrum ſtriatum ore fimbriato & labioſo papilloſum. *Echinophora Rond.* pag. 99. Iggel, Schnäck Geſn. pag. 140. Bon. pag. 451. n. 18. 19. *Buccinum granulatum rotundum Rumph.* pag. 97. Tab. 29 lit. M.

Buccinum parvum curviroſtrum ſtriatum ore fimbriato tuberoſum. Rumph. pag. 82. n. 1. Tab. 24. lit. H. & I.

Buccinum parvum curviroſtrum ſtriatum ore fimbriato aculeatum. Rumph. pag. 82. Tab. 24. lit. A. B. C. E. G. n. 2. 4. 6. quæ omnia ſunt *Species caſſidis verrucoſæ.*

Buccinum parvum ſtriatum Rond. Kleines Rinck, horn *Geſn.* *Caſſis verrucoſa Rumph.* *Echinophora Rond.* Iggel, ſchnäck *Geſ.* *Buccinum granulatum rotundum Rumphii.* *Caſſides verrucoſæ Rum.*

GENUS IV.

Buccina parva ſulcata. Kleine oben eingehickte Rinck, Hörner.

BUCCINA parva ſulcata ſunt Buccina parva ore ſuperius aperto & ſulcato.

Species.

Buccinum parvum ſulcatum læve. *Buccinum fluviatile longum Liſt.* pag. 137. tit. 21. Bon. pag. 473. n. 364.

Buccinum parvum ſulcatum ſtriatum. Bon. pag. 452. n. 52. *Buccinum undoſum Rumph.* pag. 97. Tab. 29. lit. O.

Buccinum parvum ſulcatum ſtriatum & umbilicatum. *An cochlea lunaris minor Rumph.* pag. 70. Tab. 19. n. 2.

Buccinum undoſum. *Cochlea lunaris minor Rumphii.*

GENUS V.

Buccina parva ſulcata & canaliculata. Kleine oben eingehickte und geröhrlete Rinck, Hörner.

BUCCINA parva ſulcata & canaliculata ſunt Buccina parva ore ſuperius aperto ſulcato & in canaliculum abeunte.

Spe-

Species.

Buccinum parvum ſulcatum & canaliculatum læve. *Buccinum lineatum Rumph.* pag. 97. Tab. 29. lit. P. Bon. pag. 457. n. 149.

Buccinum parvum ſulcatum & canaliculatum ſtriatum & rugoſum ore labioſo. Liſt. pag. 158. tit. 5. & 6.

Buccinum parvum ſulcatum & canaliculatum ſtriatum ac papilloſum labio oris externo anguloſo & internè ſtriato. *Buccinum aculeatum Rumph.* pag. 97. Tab. 29. lit. N. *Buccinū aculeatum Rum*

GENUS VI.

Buccina parva integra ore perpendiculari. **Kleine gantze Kinck-Hörner mit gradem Gemünd.**

BUCCINA parva integra ore perpendiculari ſunt Buccina parva ore ſuperius integro & perpendiculari.

Species.

Buccinum parvum integrum ore perpendiculari læve. Bon. pag. 453. n. 54. 55. item pag. 473. n. 373. *Buccinula dictum* & pag. 475. n. 392. *Albula Rumph.* pag. 76. Tab. 22. lit. F. *Buccinula Bon. Albula Rum*

Buccinum parvum integrum ore perpendiculari ſtriatum. Bon. pag. 474. n. 379.

GENUS VII.

Buccina parva integra ore obliquo. **Kleine gantze Kinck-Hörner mit ſchelbem Gemünd.**

Species.

Buccinum parvum integrum ore obliquo ſimplici læve. Liſt. pag. 139. tit. 23.

Buccinum parvum integrum ore obliquo fimbriato læve. Bon. pag. 475. n. 399. & 401.

Buccinum parvum integrum ore obliquo fimbriato & dentato. Bon. pag. 452. n. 44. item pag. 457. n. 148.

Buccinum parvum integrum ore obliquo ſtriatum.

Circa hucusque deſcriptas hujus Claſſis tertiæ cochleas notandum venit primò, quid propriè mucro elongatus ſit, & qualis ita vocetur, nimirum ille, qui ſtatim à medietate ſupremæ ſpiræ vel ſaltem tertiâ ejus parte incipit, & paulatim in mucronem acutum deſinit, ita ut linea recta à medietate ſupremæ vel ejuſdem tertiâ parte inferiore ducta extimas ſpirarum omnium mucronem conſtituentium oras tangat, & cum *Mucro elongatus quid ſit.*

 oppoſi-

oppositâ lineâ angulum admodum acutum efformet, quod in præcedentibus descriptis cochleis nunquam vel rarissimè observabitur, cùm earum mucro vel tantùm in infimâ dictæ spiræ parte seu basi incipiat, vel saltem in quartâ ejus parte inferiore & nunquam cum oppositâ laterali lineâ angulum tam acutum constituat.

Cur ita elongetur. Notandum secundò, quòd in plerisque buccinorum speciebus spiræ notabiliter obliquè deorsum vel sursum ferantur, in præcedentibus verò planiores existant, & propterea nunquam tam acutum & elongatum mucronem efficiant.

Buccinum quid. Buccinum minor Concha ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur: unde & causa nomini rotunditate oris in margine incisa. Rond. pag. 81. Interim mihi videtur, quòd Buccina parva non ineptè etiam *Cochleæ Bucciniformes.* possent vocari Cochleæ Bucciniformes propter similitudinem, quæ inter illa & Buccina majora intercedit.

SECTIO II.

Buccina majora. Grosse Rinck-Hörner.

BUCCINA majora sunt Buccina mucrone admodum elongato & acuminato.

GENUS I.

Buccina majora canaliculata rostrata ore simplici. Grosse geröhrlete und geschnablete Rinck-Hörner mit einfältigem Gemünd.

BUCCINA majora canaliculata rostrata ore simplici sunt Buccina majora ore simplici in canaliculum rostratum sive elongatum abeunte.

Species.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore simplici læve. Bon. pag. 452. n. 53. item pag. 460. n. 187.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore simplici striatum. List. pag. 155. tit. 1.

GENUS II.

Buccina majora canaliculata rostrata ore labioso. Grosse geröhrlete und geschnablete Rinck-Hörner mit außgebreitetem Gemünd.

Species.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso læve. List. pag. 155. tit. 1.

Bucci-

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso striatum mucrone tuberoso. *Turbo marmoreus vel ventricosus Bon.* pag. 461. n. 194. *Turbo marmoreus vel ventricosus Bon.*

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso striatum & muricatum. Bon. pag. 468. n. 288.

GENUS III.

Buccina majora canaliculata rostrata ore labioso fimbriata. Grosse gerÿhrlete / geschnablete und gesäumte Rinck-Hörner mit außgebreitetem Gemünd.

Species.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso fimbriatum læve.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso fimbriatum striatum. Bon. pag. 455. n. 105. item pag. 461. n. 193.

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso fimbriatum striatum & tuberosum è laminis quasi sibi invicem impositis coagmentatum fimbriisque tuberosis munitum. *Buccinum Rond.* pag. 81. *Buccina magna Bon.* pag. 460. n. 88. Ad hanc speciem reducenda quoque videntur sequentia Rumphii Buccina nimirum: *Tritonis*, *Tuberosum & Rufum.* pag. 94. 95. Tab. 28. lit. B. C. D. *Buccinum Rond. Buccina magna Bon. Buccina Tritonis, tuberosum rufũ Rumphii.*

Buccinum majus canaliculatum rostratum ore labioso fimbriatum striatum rugosum tuberosum vel etiam muricatum externo oris labio notabiliter crispato. *Murex fasciatus & Triangularis* Bon. pag. 468. n. 290. 291. *Murex fasciatus & Triangularis Bonanni.*

GENUS IV.

Buccina majora canaliculata & sulcata. Grosse geröhrlete und oben eingehickte Rinck-Hörner.

BUCCINA majora canaliculata & sulcata sunt Buccina majora ore labioso ampliore seu ad plausum aperto canaliculato & superius sulcato.

Species.

Buccinum majus canaliculatum sulcatum læve.

Buccinum majus canaliculatum sulcatum & umbilicatum læve.

Buccinum majus canaliculatum sulcatum & striatum. *Buccinum tenue leve striatum & undatum List.* pag. 157. tit. 3. Bon. pag. 460. n. 189. 192. *Buccinum tenue leve striatum & undatum List.*

Buccinum majus canaliculatum sulcatum striatum & cristatum. List. pag. 156. tit. 2. Bon. pag. 460. n. 191.

Buccinum majus canaliculatum sulcatum mucrone papilloso & ore

 crena-

crenato ac dentato. Bon. pag. 472. n. 340.

Buccinum majus canaliculatum ſulcatum auritum pluribus ſulculis donatum mucrone tuberoſo. Bon. pag. 472. n. 342.

In omnibus hujuſmodi ſpeciebus obſervatur prope labium oris ſiniſtrum teſſellula quadrata nigricans, quæ autem, cùm ſolummodo in quâdam maculâ colore peculiari expreſsâ conſiſtat, peculiare genus conſtituere nequit.

Mucro admodum elongatus quid ſit.

Mucro admodum elongatus eſt, cùm ejus ſpiræ è latere externo quaſi perfectæ & completæ appareant, ideoque mucronem admodum longum efficiant, ita ut ſaltem reliquæ cochleæ parti ſimilis ſit, vel etiam quandoque longior.

Alia differentia inter buccina majora & minora.

Buccina majora præter notas Characteriſticas in ipſo titulo hujus ſectionis aſſignatas à minoribus quoque differre videntur per hoc, quòd in iſtis os plerumque longius ſit mucrone, in illis verò vel mucroni æquale exiſtat longitudine, vel quandoque etiam brevius ſit, licèt ſemper ſatis amplum obſervetur.

Quando dicatur prima ſpira inſigniter ventricoſa.

Prima ſpira inſigniter ventricoſa dicitur, quando reliquis ſpiris nullâ datâ quaſi proportione longè craſſior & amplior exiſtit.

CLASSIS IV.

STROMBI. Straub-Schnäcken.

STROMBI ſunt Cochleæ marinæ ore & mucrone ſimul inſigniter elongatis & primâ ſpirâ notabiliter anguſtiore quàm in buccinis.

TABULA GENERICA TESTACEORUM
Claſſis Quartæ Partis Secundæ.

Strombi.

- Ore ſuperius aperto.
  - Canaliculati acuminati.
  - Canaliculati roſtrati.
  - Canaliculati roſtrati ore anguloſo.
  - Canaliculati roſtrati ore labioſo.
  - Sulcati ore ſimplici.
  - Sulcati ore labioſo.
- Ore ſuperius clauſo ſeu integro: Integri dicendi.
  - Ore ſimplici.
  - Ore labioſo.
  - Ore fimbriato & dentato.

SECTIO I.

SECTIO I.

Strombi ore ſuperius aperto. Straub-Schnäcken mit oben geöffnetem Gemünd.

GENUS I.

Strombi canaliculati acuminati. Geröhrlete zugeſpitzte Straub-Schnäcken.

STROMBI canaliculati acuminati ſunt Strombi ore ſuperius aperto & canaliculato acuminati.

Species.

Strombus canaliculatus acuminatus lævis mucrone gradatim, arcuatim vel in rectâ quaſi lineâ acuminato. Bon. pag. 452. n. 40. item pag. 471. n. 325. Ex Rumphio ad hanc ſpeciem pertinere videntur *Buccina Mitra Epiſcopi & Digitellus dicta* pag. 97. Tab. 29. lit. K. & Q. *Buccina mitra Epiſcopi & Digitellus Rumphii.*

Dictæ differentiæ mucronis in omnibus ſubſequentibus ſpeciebus ſedulò obſervandæ erunt, cùm ex iis plures differentiæ ſtromborum ſpecificæ aſſignari poterunt, ſi materiam marinam exactè tractare deſideremus, quid autem per illas propriè intelligatur, in fine hujus ſectionis adducetur.

Strombus canaliculatus acuminatus lævis ore denticulato vel ſtriato. Bon. pag. 471. n. 323.

Strombus canaliculatus acuminatus lævis mucrone papilloſo. *Buccinum mitra Papalis dictum Rumph.* pag. 96. Tab. 29. lit. I. item *Voluta fluviatilis Amarula.* pag. 106. Tab. 33. lit. F. F. *Buccinum mitra Papalis, voluta fluviatilis Amarula Rum.*

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus. Bon. pag. 452. & 453. n. 34. & 38. item n. 64. 65. *Turricula filis cincta* pag. 98. Tab. 29. lit. T. *Turricula filis cincta & granulata Rumphii.*

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus & granulatus. An *Turricula granulata Rumph.* pag. 98. Tab. 29. lit. V. Bon. pag. 452. n. 35.

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus & tranſverſim per modum ſtriarum quaſi ſulcatus. *Fortè Buccinum ſcalare Rumph.* pag. 98. Tab. 29. lit. W. *Buccinum ſcalare Rum.*

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus ore anguloſo & mucrone tuberoſo. *Murex Pyramidalis Bon.* pag. 469. n. 305. *Murex Pyramidalis Bon.*

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus auritus anguloſus ac papilloſus.

Turbo Teſſarodactylus Rond.

loſus. *Turbo Teſſarodactylus Rond.* pag. 92. Kleine Straub⸗Schnäcken Geſn. pag. 142.

Strombus canaliculatus acuminatus ſtriatus tuberoſus auritus aure admodum latâ & longâ. Bon. pag. 459. n. 175.

GENUS II.

Strombi canaliculati roſtrati ore ſimplici. Gerôhrlete und geſchnablete Straub⸗Schnäcken mit einfältigem Gemünd.

STROMBI canaliculati roſtrati ore ſimplici ſunt Strombi canaliculati ore in canaliculum elongatum abeunte ſimplici.

Species.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici lævis. Bon. pag. 454. n. 72.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici lævis tuberoſus, Bon. pag. 454. n. 86.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici ſtriatus. Bon. pag. 452. n. 47. item pag. 457. n. 145. Ad has ſpecies pertinere videtur ex Rumphio: *Buccinum fuſus brevis dictum.* pag. 96. Tab. 29. lit. G.

Buccinum fuſus brevis dictum Rum.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici ſtriatus rugoſus papilloſus tuberoſus vel muricatus. Bon. pag. 451. n. 32. item pag. 453. & 454. n. 71. 75. 79. item pag. 457. n. 144. & pag. 472. n. 350.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici ſtriatus rugoſus & fimbriatus.

In ſtructurâ multùm convenit cum turbine Bonanni n. 105. delineato, excepto ore & primâ ſpirâ, quæ in noſtrâ cochleâ longè anguſtiores ſunt, quam ob rem illam meritò ad genera ſtromborum reduximus. Ex Rumphio ad has ſpecies pertinere videntur ſequentia Buccina: *Turricula* lit. R. *Turricula plicata* lit. S. & *Buccinum ſpirale* lit. X. Tab. 29. pag. 98.

Turricula. Turricula plicata, Buccinum ſpirale Rumphii.

Strombus canaliculatus roſtratus ore ſimplici ſtriatus rugoſus & fimbriatus ore in canaliculum anterius clauſum, fimbriiſque ipſis in ſimiles canaliculos ſiniſtroſum incurvatos abeuntibus. Non parvam habet ſimilitudinem cum *caſſidibus verrucoſis Ranulæ & Knod de Kens* Rumph. pag. 82. Tab. 24. lit. H. & I.

Ranulæ Knod de kens Rumphii.



GENUS III.

GENUS III.

Strombi canaliculati rostrati ore anguloso. Geröhrlete und geschnablete Straub-Schnacken mit Eckerem Gemünd.

Species.

Strombus canaliculatus rostratus ore anguloso lævis.

Strombus canaliculatus rostratus ore anguloso striatus. Bon. pag. 455. n. 101. *Trocus Antonomasticè magnus & duplex appellandus.* *Trocus magnus Bon.*

Strombus canaliculatus rostratus ore anguloso striatus rugosus undosus papillosus tuberosus vel muricatus. Bon. pag. 452. n. 46. It. pag. 454. n. 80. & pag. 472. n. 353. *Turbo ubique crispatus ore longissimo & angustissimo.* Rumph. pag. 96. lit. F. *Fusus dictus.* Item pag. 96. Tab. 28. lit. A. *Buccina Arvana dicta.* Item *Pseudo-Purpura Bastaard Purpersleck.* pag. 95. Tab. 29. lit. E. & demum *Buccinum Turris Babilonica dictum* pag. 97. Tab. 29. lit. L. *Turbo ubiq; crispatus &c. Bonanno. Fusus, Buccina arvana, Pseudo-Purpura Bastaard Purpersleck Turris Babilonica Rumphii.*

GENUS IV.

Strombi canaliculati rostrati ore labioso. Geröhrlete und geschnablete Straub-Schnäcken mit außgebreitetem Gemünd.

Species.

Strombus canaliculatus rostratus ore labioso lævis.

Strombus canaliculatus rostratus ore labioso lævis rostro admodum elongato labio oris externo extrorsum dentato. Bon. pag. 456. n. 121. *Turbo ventricosus dictus.* *Turbo ventricosus Bon.*

Strombus canaliculatus rostratus ore labioso striatus. Bon. pag. 475. n. 394.

Strombus canaliculatus rostratus ore labioso striatus rugosus undosus papillosus tuberosus vel muricatus. Bon. pag. 454. n. 88. *Turbo magnus dictus.* Item pag. 455. n. 104. *Turbo angulosus dictus.* *Turbo magnus Bon. Turbo angulosus Bon.*

Ad hanc speciem pertinere videntur ex Rond. *Turbo angulatus & muricatus* pag. 89. 90. & *Turbo magnus.* pag. 88. si illum fimbriatum nominaveris. *Turbo angulatus, muricatus & magnus Rond.*

Strombus canaliculatus rostratus ore labioso striatus papillosus & auritus aure admodum crassâ & in tres appendices aliformes expansâ extrorsum & tantillùm sinistrorsum incurvato. *Turbo Pendedactylus* Rond. pag. 92. Ein anderer Straub-Schnäck Gesn. pag. 142. *Turbo Pendedactylus Rond. & Bon*

F Turbo

Ein anderer kleiner Straub-Schnäck.

Turbo Pentidactylus Bon. pag. 454. n. 85. & 87.

GENUS V.

Strombi sulcati vulgares. Oben eingebickte Straub-Schnäcken mit einfältigem Gemünd.

STROMBI sulcati vulgares sunt strombi ore superius aperto & sulcato simplici.

Species.

Pluma Gallorum. Strombus sulcatus vulgaris lævis. Bon. pag. 456. n. 120. *Gallis Pluma dictus.*

Thiara Pontificia Terbellum Rumph. Strombus sulcatus vulgaris lævis mucrone dentato. Bon. pag. 456. n. 119. Gallis & Batavis *Thiara Pontificia dictus. Strombus Terebellum dictus* Rumphio pag. 101. Tab. 20. lit. *S.*

Strombus sulcatus vulgaris striatus.

Garagoo. Strombus sulcatus vulgaris striatus rugosus undosus papillosus tuberosus vel muricatus. Bon. pag. 454. n. 78. vulgò: *Garagoo dictus* à verbo Hispanico Scaragoh.

GENUS VI.

Strombi sulcati ore labioso. Oben eingebickte Straub-Schnäcken mit außgebreitetem Gemünd.

Species.

Strombus sulcatus ore labioso lævis.

Strombus sulcatus ore labioso striatus.

Strombus sulcatus ore labioso striatus sulculo sinistrosum vergente rugosus undosus papillosus tuberosus vel muricatus.

Mucro gradatus quid sit. Mucro gradatim acuminatus est, quando spiræ illum constituentes nec subrotundæ, nec quasi planæ sunt, sed in angulum quasi rectum extuberant, à quo rectâ lineâ ad subsequentes spiras vergunt, & illis applicantur, ut in mucrone efformando gradus gradibus scalarum haud absimiles efforment, talis mucro mucro gradatus appellandus est, & potest videri in Bonanno delineatus n. 34. 35. in Rumphio verò in Tab. 29. lit. I. & in Tab. 33. lit. F. F. &c. *Mucro arcuatim acuminatus.* Mucro arcuatim acuminatus dicitur, quando spiræ illum constituentes subrotundæ & quasi ventricosæ apparent, ita ut earum extima ora incurvata & quasi arcuata existat. Talis Mucro observatur in Bonanno n. 42. & 45. &c. *Mucro rectilineus.* Mucro in recta quasi lineâ seu planâ acuminatus est, quando extima spirarum illum constituentium

tuentium ora plana aut quasi plana est, & ita subsequentibus spiris applicatur, ut totius mucronis utraque lateralis ora quasi recta & plana efficiatur, qui mucro commodè mucro rectilineus appellari poterit. Talis videtur in Bon. n. 82. & 109. &c. In Rumphio autem Tab. 29. lit. K. & Q.

SECTIO II.

Strombi integri. Gantze Straub-Schnäcken.

STROMBI integri sunt Strombi ore superius clauso seu integro.

GENUS I.

Strombi integri vulgares sive ore simplici. Gantze Straub-Schnäcken mit einfältigem Gemünd.

Species.

Strombus integer vulgaris lævis.
Strombus integer vulgaris striatus.
Strombus integer vulgaris striatus mucrone tuberoso & dentato. Bon. pag. 468. n. 289. *Coronatus dictus.* *Strombus coronatus.*

GENUS II.

Strombi integri ore labioso. Gantze Straub-Schnäcken mit außgebreitetem Gemünd.

Species.

Strombus integer ore labioso lævis.
Strombus integer ore labioso striatus.
Strombus integer ore labioso striatus & muricatus. Bon. pag. 468. n. 287.

GENUS III.

Strombi integri ore fimbriato & dentato. Gantze Straub-Schnäcken mit gesäumbten und gezähnletem Gemünd.

Species.

Strombus integer ore fimbriato & dentato lævis. Bon. 476. n. 412. Rumph. pag. 106. & 107. Tab. 33. lit. H.H. *Auris Midæ vocatus.* *Auris Midæ*
Strombus integer ore fimbriato & dentato striatus.

Strombus græcè Strombos à Strepho torqueo dicitur, ac si diceres: Concha tortilis.



CLASSIS V.

COCHLEÆ MARINÆ ORE ADMODUM BREVI SEU PARVO, MUCRONE VERO INSIGNITER ELONGATO.

Meer-Schnäcken mit kurtzem/ oder kleinem Gemünd und vast langem Spitz.

TABULA GENERICA TESTACEORUM
Classis Quintæ Partis Secundæ.

Cochleæ marinæ ore admodum brevi seu parvo, mucrone verò insigniter elongato.

- Turbines.
  - Aperti.
    - Lati.
    - Acuminati.
    - Canaliculati.
    - Canaliculati obliquè incurvati.
    - Sulcati.
  - Integri.
    - Vulgares.
    - Acuminati.
    - Fimbriati.
- Trochi
  - Ore angusto & horizontaliter compresso.
  - Ore ampliore & subrotundo.

SECTIO I.

Turbines aperti. Straub-Hörner mit oben geöffnetem Gemünd.

TURBINES aperti sunt Cochleæ marinæ ore admodum brevi seu parvo superius aperto mucrone longissimo.

GENUS I.

Turbines aperti lati. Breit offene Straub-Hörner.

TURBINES aperti lati sunt Turbines aperti ore subrotundo superius latè aperto.

Species

Species.

Turbo apertus latus lævis. Ad hanc ſpeciem ex Rumphio ſpectare videntur: *Strombus primus ſeu ſubulus*, *Strombus ſecundus*, *fluviatilis paluſtris lævis*. pag. 100. 101. Tab. 30. lit. A. B. P. & R. *Subulus Rū. Strombus fluviatilis ejuſdem.*

Turbo apertus latus ſtriatus. Bon. pag. 456. n. 113.

Turbo apertus latus ſtriatus & papilloſus. Bon. pag. 454. n. 83.

GENUS II.

Turbines aperti acuminati. Offene zugeſpitzte Straub-Hörner.

TURBINES aperti acuminati ſunt Turbines aperti ore oblongo ſuperius aperto & in acumen deſinente.

Species.

Turbo apertus acuminatus lævis. Bon. pag. 452. n. 37. item pag. 475. n. 400.

Turbo apertus acuminatus ſtriatus. Bon. pag. 452. n. 45.

Turbo apertus acuminatus ſtriatus & papilloſus. Bon. pag. 471. n. 328.

GENUS III.

Turbines aperti canaliculati rectiroſtri. Offene und grad geſchnablete Straub-Hörner.

TURBINES aperti canaliculati rectiroſtri ſunt Turbines aperti ore oblongo recto ſuperius aperto & in canaliculum rectum elongatum abeunte.

Species.

Turbo apertus canaliculatus rectiroſtrus lævis.

Turbo apertus canaliculatus rectiroſtrus ſtriatus. *Strombus ſeptimus, octavus ſeu Lanceolatus & chalybeus Rumphii* pag. 100. Tab. 30. lit. F. G. I. *Strombus Lanceolatus. chalybeus*

Turbo apertus canaliculatus rectiroſtrus ſtriatus & papilloſus. *Strombus nonus ſive granulatus Rumph.* pag. 100. Tab. 30. lit. H. *Strombus quartus, quintus & dentatus ejuſdem.* Lit. D. & E. & *Strombus paluſtris.* pag. 101. Tab. 30. lit. Q. *Granulatus. Dentatus. Paluſtris Rumphii.*

Turbo apertus canaliculatus rectiroſtrus ſtriatus tuberoſus & undoſus.

GENUS IV.

Turbines aperti canaliculati obliquè incurvati. Offene geröhrlete und ſchelb-gekrümte Straub-Hörner.

TURBINES aperti canaliculati obliquè incurvati ſunt Turbines aperti canaliculati ore obliquo & canaliculo obliquè ſiniſtrorſum incurvato.

Species

Species.

Turbo apertus canaliculatus obliquè incurvatus lævis. Bon pag. 455. & 456. n. 107. & 109.

Turbo apertus canaliculatus obliquè incurvatus ſtriatus. pag. 473. n. 366.

Turbo apertus canaliculatus obliquè incurvatus ſtriatus & papilloſus. Bon. pag. 454. n. 82.

Strombus caudatus albus.

Turbo apertus canaliculatus obliquè incurvatus ſtriatus & tuberoſus. Bon. pag. 453. n. 69. *an ſtrombus caudatus albus Rumphii.* pag. 100. Tab. 30. lit. K.

Caudatus, granulatus tuberoſus & anguloſus Rumphii.

Turbo apertus canaliculatus obliquè incurvatus ſtriatus &c. ore fimbriato & criſpato. Bon. pag. 453. n. 67. & 68. *Strombus caudatus, granulatus, tuberoſus & anguloſus Rumph.* pag. 100. & 101. Tab. 30. lit. L. N. O.

GENUS V.

Turbines aperti ſulcati. Oben offene und eingehickte Straub-Hörner.

TURBINES aperti ſulcati ſunt Turbines aperti ore oblongo ſuperius aperto ſulcato.

Species.

Turbo apertus ſulcatus lævis, Bon. pag. 452. n. 42.

Turbo apertus ſulcatus ſtriatus. Bon. pag. 455. 456. n. 108. 110. item pag. 470. n. 313.

Turbo apertus ſulcatus ſtriatus & fimbriatus. Bon. pag. 454. n. 73. & 84.

Turbo apertus ſulcatus ſtriatus & fimbriatus ore dentato. Bon. pag. 452. n. 48.

SECTIO II.

Turbines integri. Gantze Straub-Hörner.

TURBINES integri ſunt Turbines ore ſuperius clauſo & integro.

GENUS I.

Turbines integri vulgares. Gantze gemeine Straub-Hörner.

TURBINES integri vulgares ſunt Turbines integri ore ſimplici.

Species

Species.

Turbo integer vulgaris lævis. Bon. pag. 451. n. 24. item pag. 453. n. 56.

Turbo integer vulgaris ſtriatus. Bon. pag. 451. n. 23. item. pag. 456. n. 112. 114. *Tuba dictus.* 115. 116. 117. *Fiſtula muſica, Strombus Tympanorum vel Tymponotonos Rumph.* pag. 100. Tab. 30. lit. L. *Buccinum craſſum & tenue Liſteri.* pag. 160. 161. tit. 7. & 8. *Tuba, Fiſtula muſica, Strombus Tympanorũ vel Tympotonos Rũ. Buccinum craſſum & tenue Liſt.*

Turbo integer vulgaris ſtriatus & rugoſus. Rumph. pag. 101. Tab. 30. lit. T. item *Species Buccini* pag. 161. Tab. 49. lit. A.

GENUS II.

Turbines integri acuminati. Gantze zugeſpitzte Straub-Hörner.

TURBINES integri acuminati ſunt Turbines integri ore acuminato.

Species.

Turbo integer acuminatus lævis.

Turbo integer acuminatus ſtriatus. Bon. pag. 454. n. 81. & pag. 456. n. 118. *Cornu Cervinum dictus.* *Cornu Cervinum Bon.*

GENUS III.

Turbines integri fimbriati. Gantze geſeumbte Straub-Hörner.

TURBINES integri fimbriati ſunt Turbines integri ore fimbriato.

Species.

Turbo integer fimbriatus lævis. Bon. pag. 452. n. 41. 43.

Turbo integer fimbriatus ſtriatus. Bon. pag. 456. n. 111.

Turbo integer fimbriatus ſtriatus & papilloſus. Bon. pag. 472. n. 344. item pag. 474. n. 389.

Turbo integer fimbriatus ſtriatus ore criſpato. Bon. pag. 455. n. 106. *Fiſcarolo dictus Tarentinis.* *Fiſcarolo Tarentinis.*

Turbo integer fimbriatus ſtriatus ore dentato. Bon. pag. 457. n. 140.

Circa hucuſque adductos Turbines notandum eſt primò: quòd in hujuſmodi cochleis prima ſpira ſemper ſit tam quo ad ſuam craſſitiem quàm longitudinem proportionata reliquis ſubſequentibus ſpiris. Secundò: quòd mucro in turbinibus plerumque ſtatim à ſummitate primæ ſpiræ vel ſaltem non procul ab eâ incipiat, ita ut integer turbo quaſi nihil aliud ſit, quàm mucro elongatus, vel ipſe mucro longiſſimus in primâ *Turbo nil aliud eſt quàm mucro elongatus.*

ſpirâ

spirâ suo cochleis proprio orificio donatus, si excipias turbines spiris inflatis seu ventricosis, in quibus mucro suum principium sumit parum supra medietatem primæ spiræ. Tertiò: dari etiam turbines tantillùm ventricosos, quando nimirum statim à primâ spirâ tantillum incipiunt crassescere usque ad medium totius cochleæ punctum longitudinale, à quo postea iterum sensim sine sensu gracilescunt, donec in mucronem abeant. Quartò: Turbines etiam habere suos diversos mucrones nimirum gradatos, arcuatim acuminatos, & rectilineos sicuti strombos, quorum diversitas etiam diversas species constituet. Quintò: ad hujusmodi turbines referendos quoque esse *Turbines tuberosos Rond.* pag. 89. adductos vel die kleine Straub-Schnäcken Gesn. pag. 142. Sextò: tantam orificiorum diversitatem in nullo Cochlearum marinarum genere inveniri sicuti in turbinibus, quod B. L. sedulò considerans facilè cognoscet. Turbo & strombus ab eodem verbo strepho græco derivant, quia Turbo apud Græcos Strombus dicitur.

Turbines tuberosi Rond.

SECTIO III.

Trochi Meer-Döpffe.

TROCHI sunt Cochleæ marinæ ore admodum brevi seu parvo è basi latâ & quasi planâ in mucronem quasi rectilineum conoideum insigniter elongatum abeuntes.

GENUS I.

Trochi ore angusto & horizontaliter compresso. Meer-Döpffe mit engem überzwerchem Gemünd.

Species.

Trochus maculosus Rum. Trochus ore angusto & horizontaliter compresso lævis. *Trochus primus sive maculosus Rumph.* pag. 74. Tab. 21. lit. A. qui cum trochite lævi in Hist. lap. fig. descripto pag. 108. convenire videtur. Item *Trochus* lit. B. & fortè *Strombi Bonanni* pag. 455. n. 91. 93. etiam huc pertinent. *Trochus strombi Bon.*

Trochus ore angusto & horizontaliter compresso striatus. List. pag. 166. tit. 14. Bon. p. 455. n. 89. 97. Rumph. p. 75. in app. Tab. 21. n. 12.

Trochus ore angusto & horizontaliter compresso striatus rugosus papillosus vel tuberosus List. pag. 166. tit. 15. Bon. pag. 455. n. 92. Rumph. pag. 74. 75. in app. Tab. 21. lit. C. n. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10.

Trochus ore angusto & horizontaliter compresso striatus & instar alicujus

jus favi cellulatus. Rumph. *Trochus Tertius sive papuanus & longævus.* pag. 74. Tab. 21. lit. D. & n. 2. *Trochus Papuanus sive longævus Rumphii.*
Trochus ore angusto & horizontaliter compresso striatus rugosus & umbilicatus. Bon. pag. 455. n. 96. Rumph. pag. 75. Tab. 21. n. 1.

GENUS II.

Trochi ore ampliore & subrotundo. Meer-Döpffe mit weiterem und rundächtem Gemünd.

Species.

Trochus ore ampliore & subrotundo lævis.

Trochus ore ampliore & subrotundo striatus. Bon. pag. 455. n. 102. *Trochus magnus & auritus dictus.*

Trochus ore ampliore & subrotundo striatus & tuberosus. Bon. pag. 455. n. 90. *Trochus magnus & auritus Bon.*

Quemadmodum Turbo ita etiam Trochus nil aliud est, quàm mucro insigniter elongatus statim à summitate primæ spiræ incipiens cum hâc tamen differentiâ, quòd trochus semper è basi latâ & quasi planâ incipiat, & per lineas rectas in mucronem rectilineum insigniter elongatum desinat, in quibus præcipuè ejus nota characteristica consistit; hinc luculenter patet, omnes Trochos, Turbines, Strombos & Buccina tam majora quàm minora esse cochleas mucronatas & inter illas nullas dari umbonatas.

Hoc turbinum genus à similitudine instrumenti, quo lusitant pueri, Trochos appellamus. Rond. pag. 92. Meer-Döpffe / Dopffächte Straub-Schnäcken. Gesn. pag. 142. *Trochus cur ita vocatur.*

* *

CLASSIS VI.

COCHLEÆ MARINÆ BREVIORES.
Kürtzere Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ Marinæ breviores sunt Cochleæ marinæ ore & mucrone breviore magisque contracto.



TABULA GENERICA TESTACEORUM

Classis Sextæ Partis Secundæ.

Cochleæ marinæ breviores vel contractæ.

- Proportionatæ.
  - Trochiformes.
  - Terrestriformes.
  - Depressæ
- Anomalæ.
  - Perpendiculariter.
    - Neritæ.
    - Umbilicatæ.
      - Foramine spirarum semicirculari.
      - Foramine spirarum rotundo.
      - Foramine umbilicali tuberculo clauso.
  - Horizontaliter.
    - Planæ.
    - Aures marinæ.

Opercula Cochlearum marinarum varia

- Subrotunda.
- Oblonga: ungues marini dicta.

SECTIO I.

Cochleæ breviores proportionatæ. Kürtzere gleich-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ breviores proportionatæ sunt Cochleæ marinæ breviores ore & mucrone inter se proportionatis.

GENUS I.

Cochleæ Trochiformes. Dopff-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ Trochiformes sunt Cochleæ marinæ breviores proportionatæ & mucronatæ ore subrotundo atque è basi latiore ac planiore in mucronem acuminatum abeuntes.

Species.

Cochlea Trochiformis lævis. Bon. pag. 455. n. 98. & 99.

Strombus auritus Bon. Cochlea Trochiformis striata. *Strombus auritus Bon.* pag. 455. n. 94. 95. item

95. item pag. 462. n. 201. 202. *Nerita dicta* & pag. 459. n. 171. 172.

Nerita Bon.

Cochlea Trochiformis striata rugosa papillosa vel tuberosa aut pinnulata vel imbricata. *Cochlea Cælata Rond.* Außgestochener Schnäck Gesn. pag. 139. *Provincialibus*: *Cagaroles*: *Hispanis*: *Scaragol vel Cagarolo de Mar.* Bon. pag. 450. n. 11. 12. *Cochlea perlata dicta nonnullis.* item pag. 459. n. 167. & pag. 461. n. 199. *Nerites dicta.* item p. 462. n. 222. 223. *Cochlea Pharaonia dicta piscatoribus rubri Maris.* Item pag. 473. 474. n. 372. & 380. demum pag. 475. n. 397. *Trochus dicta.*

Cochlea cælata Rond. außgestochener Schnäck *Gesn.* *Cagaroles.* *Scaragol.* *Cochlea perlata.* *Nerites.* *Cochlea Pharaonia.*

Ad hanc speciem poterunt probabiliter quoque reduci ex Rumphio pleræque *Cochleæ lunares tam majores quàm minores* descriptæ pag. 69. 70. 71. & del. Tab. 19. lit. A. B. D. E. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Cochleæ lunares majores & minores.

Cochlea Trochiformis striata & umbilicata, Bon. pag. 455. n. 100. item pag. 459. n. 170. *Cochlea umbilicata perlata dicta*, *Umbilicus varius & parvus Rond.* pag. 104. Ein gesprengter kleiner Meer-Nabel Gesn. pag. 140.

Cochlea umbilicata perlata. *Umbilicus varius & parvus Rond.*

Quemadmodum Clarissimus Tournefortius plura plantarum genera constituit, quæ ab aliis generibus haud multum differunt, & propterea etiam iisdem idem quasi nomen parum tantùm immutatum imponit, uti sunt: Agrimonia Agrimonoides, Alysson Alyssoides, Astragalus Astragaloides, Cicuta Cicutaria, Corallum Coralloides, Eruca Erucago, Gnaphalium Gnaphalodes, Medica Medicago &c. ita & nos quoque facimus, quædam testaceorum genera constituendo, quæ ad alia structurâ suâ majori ex parte accedunt, & tamen ab iis ita sunt distincta, ut proprium genus formare valeant, illisque idem quasi nomen tantillùm tantùm immutatum imponendo, uti sunt Cochleæ murices & muriciformes, Cassidæ Cassidiformes, Trochi Trochiformes &c.

Cochleæ Trochiformes cur ita vocentur.

Cochleæ Trochiformes autem ab ipsis Trochis differunt primò: quòd earum basis non sit tam lata & tam plana. 2. quòd earum os sit rotundius & notabilius extra baseos peripheriam orbicularem producatur, cùm econtra Trochorum os sit intra illam quasi inclusum vel vix sensibiliter promineat. 3. Mucro Cochlearum Trochiformium semper est vel gradatim vel arcuatim acuminatus, & non tam insigniter respectu latitudinis baseos elongatur, sicuti ille Trochorum, qui semper observatur rectilineus, vel saltem ita formatus, ut neç nomen gradatim vel arçuatim acuminati mereatur.

Earum differentiæ à Trochis adducuntur.

Circa Ethymologiam Cochleæ cælatæ notandum demum est, quòd secundum tenue meum judicium Epitheton Tò cælata huic cochleæ ideo

Cochlea cælata cur ita vocetur.

 tan-

tantùm addatur, quia re ipsâ præsefert cochleam quandam arte exsculptam propter suas strias, eminentias & rugas, quibus exornata est, ut non sine regulâ elaborata & cælata videatur.

GENUS II.

Cochleæ marinæ terrestriformes. Erd-Schnäcken-förmige Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ marinæ terrestriformes sunt Cochleæ marinæ breviores proportionatę structurâ suâ magnâ ex parte cochleis terrestrib⁹ similes.

Species.

Cochlea marina terrestriformis lævis. Bon. pag. 449. & 450. n. 5. & 9. quæ ultima illi Cochlea olearia veterum dicitur, cùm autem secundum omnem apparentiam Cochlea, quæ apud veteres in oleario usu erat, non producatur, sed potiùs in se contorqueatur & consequenter sine mucrone sit, de veritate hujus opinionis meritò dubitandum puto, quod tamen pace tanti viri sit dictum. Item pag. 459. n. 168. & 169.

Cochlea Olearia.

An sit, dubitatur.

Cochlea marina terrestriformis striata. Bon. pag. 462. n. 219. 227. It. pag. 470. n. 320. *Cochlea viridis Eminentissimi Card. Ghisii.* item pag. 471. n. 335.

Cochlea viridis Eminent. Card. Ghisii.

Cochlea marina terrestriformis striata rugosa papillosa vel tuberosa. Bon. pag. 461. & 462. n. 195. & 207. *Nerita imbricata dicta.* It. pag. 472. & 473. n. 341. & 368. *Cochlea Echinophora dicta.*

Nerita Imbricata.
Cochlea Echinophora Bon.

GENUS III.

Cochleæ depressæ. Breitächte Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ depressæ sunt Cochleæ marinæ breviores proportionatæ terrestriformes depressæ.

Species.

Cochlea depressa lævis. Bon. p. 462. n. 208. 209. item p. 472. n. 348. 349.

Cochlea depressa lævis ore fimbriato. Bon. pag. 471. n. 333.

Cochlea depressa striata. Bon. pag. 462. n. 210. 212.

Cochlea depressa striata rugosa papillosa & tuberosa. Bon. pag. 459. n. 166. *Cochlea depressa perlata dicta.* It. pag. 462. n. 213. & pag. 463. n. 230. *Sarmatica dicta*, si non fabulosa sit.

Cochlea depressa perlata Bon.
Cochlea Sarmatica.

Cochlea depressa striata ore fimbriato & striis dentatis. Bon. pag. 473. n. 359.

n. 359. & 360. *Calcar Rumphii* pag. 73. Tab. 20. lit. I. & K. *Calcar Rum.*

Cochlea depressa striata & umbilicata. Bon. pag. 451. n. 26. & 27. It. pag. 461. n. 196. *Nerita depressa & umbilicata dicta, quâ Duncherchani funiculo per umbilicum magis dilatatum inserto in vestibus orbiculorum loco uti solent.* demum pag. 462. n. 211. *an umbilicata Rumphii* pag. 91. Tab. 27. lit. L. *Nerita depressa & umbilicata, quâ Duncherchani orbiculorum loco in vestibus utuntur. Umbilicata Rumphii.*

Cochlea depressa striata & umbilicata ore fimbriato. Bon. pag. 475. n. 393. item pag. 476. n. 409. 410. *Os Tubæ seu Tuba retorta vocata.* *Os Tubæ seu Tuba retorta Bon.*

SECTIO II.

Cochleæ marinæ breviores perpendiculariter anomalæ. Kürtzere Meer-Schnäcken mit schnurrechts ungleichförmigem Gemünd und Gewind.

COCHLEÆ marinæ breviores perpendiculariter anomalæ sunt Cochleæ marinæ breviores ore & primâ spirâ respectu proportionis notabiliter & perpendiculariter longiore & ampliore subsequentibus spiris & ipso mucrone.

GENUS I.

Neritæ. Neritische Meer-Schnäcken.

NERITÆ sunt Cochleæ marinæ breviores perpendiculariter anomalę paucis spiris, & mucrone vel umbone parū aut nihil prominentibus.

Species.

Nerita lævis. Bon. pag. 459. n. 164. 165. item pag. 461. n. 197. 198. item pag. 462. n. 203. 204. 205. 218. 221. item pag. 471. n. 334. *Cochlea Zanni dicta.* demum pag. 473. & 474. n. 375. 376. 377. 378. 381. 382. 384. *Cochlea Zanni Bon.*

Nerita lævis strumosa ore fimbriato. Bon. pag. 475. n. 398. *Cochlea ventricosa dicta.* item pag. 473. n. 369. *Cochlea ventricosa.*

Nerita lævis ore fimbriato & dentato. Bon. pag. 473. n. 370.

Hæ ultimæ duæ species convenire videntur quoad potiorem suam structuram cum *Nerita Aristotelis*, quæ mucronata est mucrone parum producto; *Nerita* verò *Æliani* plerumque umbonata est, vel si mucronata observatur, mucro è paucissimis spiris & vix sensibilibus efformatur. *Nerita Aristotelis. Nerita Æliani.*

Nerita striata. Bon. pag. 462. n. 206. 217. 220. & pag. 475. n. 403. & 404.

Nerita ſtriata rugoſa ſquamoſa papilloſa vel tuberoſa. Bon. pag. 461. n. 200. item pag. 475. n. 396.

Nerita ſtriata ore dentato. Bon. pag. 450. n. 7. item pag. 462. n. 214. 215. 216. item pag. 473. n. 371.

Cochlea murici ſimilis Bon. Nerita tuberoſa ore ampliore & ſuperius minimo ſulculo donato. Bon. pag. 459. n. 174. *Cochlea murici ſimilis.*

Nerita tuberoſa ore anguſto & in varias lacinias effuſo. Bon. p. 459. n. 173.

Cochleæ valvatæ Rum. ad Neritas pertinent. Ad genera Neritarum reducendæ videntur potiores ſpecies *Cochlearum valvatarum tam lævium quàm ſtriatarum Rumphii* pag. 75. Tab. 22. niſi fortè una aut altera ſpecies adnumeranda ſit proximè ſubſequentibus cochleis umbilicatis, quod autem ideo non certè ſtatuere audeo, quia in dictâ tabulâ Cochleæ omnes valvatæ nuncupatæ ita ſunt delineatæ, ut tantùm earum facies poſterior & nullo modo anterior obſervari poſſit.

Neritarum Ethymologia incerta. Cur Cochleæ in hoc genere enarratæ Neritæ vocentur, nulla certa apud Authores invenitur ratio, propterea nos ſimpliciter noſtræ notæ characteriſticæ in titulo hujus generis adductæ adhærebimus, quòd nimirùm ſint cochleæ perpendiculariter anomalæ paucarum ſpirarum, & mucrone vel umbone parum aut nihil prominente. Græcis dicuntur: Νηρεῖται.

GENUS II.

Cochleæ umbilicatæ foramine ſpirarum ſemicirculari. Genablete Meer-Schnäcken mit halb rundem Gemünd.

COCHLEÆ umbilicatæ foramine ſpirarum ſemicirculari ſunt Cochleæ marinæ breviores perpendiculariter anomalæ umbilicatæ foramine ſpirarum ſemicirculari.

Species.

Cochlea umbilicata foramine ſpirarum ſemicirculari, umbilicali verò ſimplici lævis. Bon. pag. 462. n. 225. 226. item pag. 473. n. 365. & pag. 474. n. 388.

Cochlea Tigris. Cochlea umbilicata foramine ſpirarum ſemicirculari, umbilicali verò in principio duplici lævis. Bon. pag. 451. n. 29. 30. *aliquibus Cochlea Tigris dicta.* item pag. 462. n. 224.

Cochlea umbilicata foramine ſpirarum ſemicirculari, umbilicali verò Tuberculo quodam verrucæ haud abſimili clauſo lævis.

GENUS III.

Cochleæ umbilicatæ foramine ſpirarum rotundo. Genablete Meer-Schnäcken mit rundem Gemünd.

Species

Species.

Cochlea umbilicata foramine spirarum rotundo lævis.

Cochlea umbilicata foramine spirarum rotundo striata.

Cochlea umbilicata foramine spirarum rotundo striata & laciniata. Bon. pag. 451. n. 31. *Cochlea laciniata Rumph.* pag. 73. Tab. 20. lit. H. *Cochlea laciniata Rum.*

Hæ cochleæ vocantur unicè & propriè umbilicatæ, cùm ob structuram suam simpliciorem ad nullam aliam cochlearum classim reduci possint, & propriè umbilico sensibili donatæ sint.

SECTIO III.

Cochleæ marinæ breviores horizontaliter anomalæ. Kürtzere Meer-Schnäcken mit überzwerck ungleichförmigem Gemünd und Gewind.

COCHLEÆ marinæ breviores horizontaliter anomalæ sunt Cochleæ marinæ breviores ore & primâ spirâ horizontaliter vel transversim magis extensâ & productâ reliquis spiris.

GENUS I.

Cochleæ planæ. Ebene Meer-Schnäcken.

COCHLEÆ planæ sunt Cochleæ marinæ breviores horizontaliter anomalæ admodum depressæ & quasi planæ.

Species.

Cochlea plana ore parvo Rhomboidali lævis.

Cochlea plana ore rotundo fimbriato & dentato lævis. Bon. pag. 471. n. 331. & 332.

Cochlea plana striata.

GENUS II.

Aures marinæ. Meer-Ohren.

AURES Marinæ sunt Cochleæ marinæ breviores horizontaliter anomalæ admodum depressæ & tantillùm incurvatæ ore omnium amplissimo & patentissimo.

Species.

Auris marina lævis. Rumph. pag. 122. Tab. 40. lit. E. & F.

Auris marina striata.

Auris marina striata & rugosa. Bon. pag. 436. n. 10. & 11. List. pag. 167. tit. 16.

Auris marina ſtriata & rugoſa mexicana maxima figuræ ſubrotundæ internè ſummopere ſplendens variiſque pulcherrimis coloribus imbuta & in centro ſuo cruſtis obſita ſed colorum notabiliter obſcuriorum. Tranſmiſſa eſt ex India Lucernam à Rev. D. Magiſtro Ioanne Antonio Balthaſar S. J. Illuſtriſſimo ſuo Domino Fratri Præfecto Jacobo Carolo Balthaſar cum aliis rariſſimis cimeliis in Indiâ occurrentibus.

Patella fera Rond. Wilde Schüſſel-Muſchel. *Lepas Agria.* Mother of Pearl. *Patella major Bellonii.*

Auris marina vocatur etiam patella fera Rond. pag. 5. **Ein Meer-Ohr ein wilde Schüſſel-Muſchel** Geſn. pag. 147. Lepas Agria Ariſtotelis. **Mother of Pearl** anglicè. Patella major Bellonii.

SECTIO IV.

Varia hucuſque enarratarum Cochlearum opercula adducuntur, quæ nobis aut propter uſum aut propter ſingularem ſtructuram magis nota ſunt. Bekante Meer-Schnäcken-Deckelein.

GENUS I.

Opercula cochlearum marinarum ſubrotunda. **Runde Meer-Schnäcken-Deckelein.**

Species.

Blatta Byzantia. Deckelein deß rechten Purpurſchnäcks.

Operculum cochlearum marinarum ſubrotundum vulgare. *Blatta Byzantia dictum* Rond. pag. 64. 70. 71. 86. & 87. **Deckelein deß rechten Purpur-Schnäcks** Geſn. pag. 144. 145.

Umbilicus marinus Rōd. Bellieulum. Lapis Sanct. Margaritæ Oculus Sanct Luciæ. Auris Gigantum. Umbilicus granulatus. MeerBonē.

Operculum cochlearum marinarum ſubrotundum in ſe contortum, *umbilicus marinus dictum. Rond.* pag. 98. Geſn. pag. 149. Bon. pag. 450. n. 13. 14. *quibuſdam Belliculum, Lapis S. Margaritæ & oculus S. Luciæ dictum.* Rumph. pag. 72. Tab. 20. lit. A. *Umbilicus marinus maximus Auris Gigantum dictus.* lit. B. *Umbilicus marinus minor niger,* lit. D. *Umbilicus granulatus.* **zu theutſch: ein Meer-Bonen.**

Lapis Chelidonius.

Ad hoc genus reducendus quoque eſt *Lapis Chelidonius* deſcriptus in Hiſt. Lap. Fig. Helv. pag. 115. & delineatus cum *Umbilico marino* in Tab. 50. germanicè: **Schwalben-Stein** dictus cum alio operculo minore & tenuiſſimo cujuſdam turbinis marini minoris, quem in muſeo meo fuſius deſcribam.

GENUS II.

Ungues marini. **Klauen-förmige Meer-Schnäcken-Deckelein.**

VNGUES marini ſunt Opercula cochlearum marinarum oblonga.

Species.

Species.

Unguis marinus extremitatibus acuminatis.

Unguis marinus extremitatibus ſubrotundis.

Unguis marinus à Dioſcoride *Ungula aromatica* vocatur, *Operculum Conchylii & Buccini Rond.* pag. 86. Purpur-Schnäcken-Deckelein Geſn. pag. 145. *Unguis odoratus Rumph.* cujus plures adducit Species. v. g. *Onyx major ſive Taurica. Onyx ſecunda. Onyx tertia minima moſchata. Onyx quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octava & nona* deſcripta pag. 87. 88. 89. Tab. 20. n. 3. 4. 5. 6. quarum aliquæ ſpecies ad ſpeciem primam pertinent, uti illæ n. 3. & 4. aliæ verò ad ſecundam, uti ſunt n. 5. & 6. &c.

Ungula Aromatica.
Unguis odoratus Rum.
Onyx major ſive Taurina.

Ad quale genus Teſtaceorum hucuſque deſcriptorum referri debeat *Monſtrum quoddam Nautilorum Rumph.* pag. 67. Tab. 18. n. 5. & ejuſdem *Carina Holothuriorum* deſcripta pag. 68. & del. Tab. 20. n. 2. profectò me latet, neque mihi videtur operæ pretium eſſe, ut propter duas unicas ſpecies particularis quædam claſſis inſtituatur, Teſtaceorum nimirum univalvium irregularium & anonimorum, fortè monſtroſis addenda erunt, quæ ſine dubio in marinis non minùs deerunt, ac in terreſtribus.

Monſtrum Nautilorum
Carina Holothuriorum.



METHODI
Novæ & facilis
TESTACEA MARINA
in ſuas Claſſes, genera, & ſpecies diſtribuendi,
PARS III.
Conchæ marinæ. Meer-Muſcheln.



CONCHÆ MARINÆ ſunt Teſtacea marina bivalvia, id eſt, duabus conſtant valvis in cardine articulatione quâdam inter ſe conjunctis, ut commodè claudi & aperi queant. Mediante dictâ articulatione omnia cochlearum opercula à veris valvis ſufficienter diſtinguuntur & excluduntur, inter quas tamen à multis Clariſſimis viris poſita fuére, & hinc etiam cochleæ teſtacea bivalvia nuncupatæ ſunt.



CLASSIS I.

CONCHÆ ÆQUILATERÆ.

Gleichseithige Meer-Muschlen.

CONCHÆ æquilateræ sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus ex utroque cardinis latere æqualiter effusæ.

TABULA GENERICA TESTACEORUM Classis Primæ Partis Tertiæ.

Conchæ æquilateræ.

- Umbonatæ & rectà incurvatę.
  - Notabiliter umbonatę.
    - Subrotundæ vulgares.
    - Cordiformes æquilateræ.
      - Umbone cardinum diducto.
      - Umbone cardinum unito.
  - Medioc. vel lev. umbonatæ.
    - Crassæ.
    - Pectines.
      - Tenues.
      - Pectunculi propriè dicti.
    - Pectiniformes
      - Æquilateræ subrotundæ.
      - à cardine ad oram magis contractæ.
- Umbonatæ & obliquè incurvatæ.
  - Notabiliter umbonatæ.
    - Subrotundę vulgares
    - Chamæ æquilateræ.
  - Mediocriter vel leviter umbonatæ.
    - Subrotundæ vulg.
    - Tellinæ æquilateræ.
- Non umbonatæ: Pinnæ dictæ.
  - Rectæ.
  - Incurvatæ.



SECTIO I.

Conchæ marinæ notabiliter umbonatæ & rectà incurvatæ. Gleichseithige Meer-Muschlen mit mercklich erhöchten und grad gekrümten zusammen-fügung.

CONCHÆ marinæ notabiliter umbonatæ & rectà incurvatæ sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ cardine notabili umbone donato & recta incurvato.

GENUS I.

Conchæ marinę valvis æqualibus æquilateræ notabiliter umbonatæ & rectà incurvatæ subrotundæ vulgares. Gemeine gleichseithige rundächte Meer-Muschlen mit mercklich erhöchten und grad gekrümten zusammen-fügung.

Species.

Concha valvis æqualibus æquilatera notabiliter umbonata rotunda vulgaris lævis. aliquibus *Circinata* dicta. *An Concha quasi perfectè rotunda Bon.* pag. 443. n. 32. 33. Ad hoc genus etiam pertinere videntur ejusdem Authoris *Conchæ rugatæ* pag. 444. n. 52. 53. & *Tellina* adducta pag. 447. n. 104. *Chama literata rotunda Rumph.* pag. 39. Tab. 42. lit. C. *Circinata. Concha perfectè rotunda. Chama literata rotunda Rumph.*

Concha valvis æqualibus æquilatera notabiliter umbonata & rectà incurvata rotunda vulgaris striata. *An Chama Scobinata Rumph.* pag. 140. Tab. 42. lit. E. Bon. pag. 444. n. 63. 64. *Concha fasciata dicta. Tarentinis: Camadia.* *Chama scobinata Rumph. Concha fasciata Bon. Camadia.*

GENUS II.

Conchæ cordiformes umbone cardinum diducto. Gleichseithige Herz-förmige Meer-Muschlen mit abgesönderten Höhe der zusammen-fügung.

CONCHÆ cordiformes umbone cardinum diducto sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ notabiliter umbonatę & rectà incurvatę subrotundę insigniter ventricosę umbone cardinum diducto.

Species.

Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum diducto lævis. Bon. pag. 446. n. 92. item pag. 447. n. 118. Prima dicitur *Bucardia* à *Bucardia Bon.*

Bucardites lævis. similitudine cum corde bovis, secunda verò cum bucardite lævi ex unâ parte cum spinâ eminente convexo, ex alterâ verò concavo convenire videtur. Vide Hist. Lap. Fig. Helv. &c. pag. 141. Tab. 41.

Dubbelde Zots Kap Schulp. Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum diducto lævis fimbriata. *An die de dubbelde Zots Kap Schulp. Rumph.* pag. 160. Tab. 48. n. 10.

Ad hoc genus spectat Bucardites lævis ex utrâque parte convexus & spinâ eminente donatus minimus subflavescens. Hist. Lap. Fig. Helv. pag. 141. Tab. 40. Fig. 3.

GENUS III.

Conchæ marinæ cordiformes æquilateræ umbone cardinum unito. Gleichseithige Herz-förmige Meer-Muschlen mit vereinbarter Höhe der zusammen-fügung.

Species.

Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito lęvis.

Concha striata Rond. Falt-Muschel *Gesn.* *Corda Veneris* Venus-Hertz *Rum.* *Nuces Maris Bon.* Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito striata. *Concha striata Rond.* pag. 21. Falt-Muschel Gesn. pag. 131. *Corda Veneris Rumph.* Venus-Hertz. Tab. 48. n. 11. Bon. pag. 446. n. 96. & 100. *Nuces Maris dicta.* Conveniunt cum bucardite costis donato List. pag. 235. tit 41. adducto à Bonanno pag. 443. n. 48.

Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito rugosa. Bon. pag. 447. n. 102. *Tellina dicta.*

Concha Echinata Rond. Igel/oder Dorn-Muschlen *Gesn.* *Cor veneris Cartissa Rum.* Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito striata papillosa, verrucosa, aculeata vel imbricata. *Concha Echinata Rond.* pag. 22. Igel oder Dorn-Muschlen Gesn. pag. 131. 132. Bon. pag. 446. n. 93. 95. 97. 98. *Conchæ striatæ echinatæ dictæ.* & pag. 447. n. 110. *Cor Veneris dicta. an Chama aspera Cartissa dicta Rumph.* Tab. 43. lit. E. Item pag. 158. in app. Tab. 48. n. 9.

Concharum Cordiformium ventricositas unde. Circa conchas cordiformes in genere notandum est, quòd earum major vel minor ventricositas à majore vel minore umbonis cardinum eminentiâ (si umbone donatæ sint) plerumque dependeat, quemadmodum diximus, quòd ventricositas Cochlearum major vel minor evadat, prout nimirum labium oris externum magis vel minùs incurvatum existat. Secundò, quòd omnes sint insigniter ventricosæ, & Tertiò, quòd striatæ plerumque habeant strias majori ex parte canaliculatas, quid autem sint striæ canaliculatæ, jam superiùs in genere de Cassidâ dictum est.

SECTIO II.

SECTIO II.

Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ mediocriter vel leviter umbonatæ & rectà incurvatæ. Gleich seithige Meer-Muschlen mit mittelmässig oder wenig erhöchten und grad gekrümten Zusamenfügung.

GENUS I.

Conchæ crassæ. Dicke oder Stein-Muschlen.

CONCHÆ crassæ sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ mediocriter vel leviter umbonatæ & rectà incurvatæ subrotundæ cardine denticulatim unito testà crassiore ejusque extimâ orà interne crenatâ.

Species.

Concha crassa lævis. Bon. pag. 444. n. 58. & n. 60. *Concha dentata vel denticulata dicta.* Item pag. 445. n. 79. *Tarentinis: nux pilosa dicta.* & fortè pag. 446. n. 99. *Concha fasciata dicta. Tarentinis: Camadia de Luna.*

Concha crassa striata. *Concha crassa Rond.* pag. 32. Dick oder Stein-Muschel Gesn. pag. 133. Bon. pag. 444. n. 61. 62. item pag. 448. n. 129.

Concha crassa transversim striata. Bon. pag. 445. n. 75. item. pag. 448. n. 131. *Tellina rotunda & crassa dicta.*

Concha crassa striata & quasi alata rugosa. Concham hanc alatam voco, quia testa ex utroque cardinis latere notabiliter instar alicujus parvæ alæ effunditur.

Concha dentata Bonan. Nux pilosa Tarent. Camadia de Luna. Concha crassa Rond. Dick / oder Stein-Muschelen Gesn. *Tellina rotunda & crassa Bon.*

Concha crassa à suâ testâ crassiore ita denominatur.

GENUS II.

Pectines tenues. Dünnere Strähl-Muschlen mit breiten hohlen Kählen.

PECTINES tenues sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ mediocriter vel leviter umbonatæ & rectà incurvatæ subrotundæ magis vel minus rugosæ striis canaliculatis cardine aurito, testâ tenuiore & striis latioribus ac compressis vel subrotundis seu quasi undatis.

Species.

Pecten alter Rond. Pecten vulgaris Rum. Bia Sabandar. Concha Corallina Rond. Corallen-Muschlen *Gesn. Amussium Rumphii. Kompass-Schulp.*

Pecten tenuis auritus auribus æqualibus seu æqualiter auritus. *Pecten alter Rond.* p. 17. Das ander Geschlecht der Jacobs-Muschlen Gef. p. 137. *an Pecten primus seu vulgaris Rumph. & Pecten secundus vel ejusdem Bia Sabandar* pag. 141. & 143. Tab. 44. lit. A. B. & O. Bon. pag. 441. n. 11. 13. 16. *an Concha Corallina Rond.* pag. 25. Corallen-Muschlen Gef. pag. 132.

Pecten tenuis æqualiter auritus striis externis admodum latis & planis, internis verò eminentibus. *Amussium Rumphii. Kompass-Sculp.* pag. 144. Tab. 45. lit. A. & B. Bon. pag. 447. n. 108.

Pecten tenuis auritus admodum compressus auribus inæqualiter longis. Bon. pag. 441. n. 8. 9. 10. 12. 14.

Pecten tenuis auritus auribus inæqualiter longis tuberosus. Bon. pag. 448. & 449. n. 132. 133.

Pecten Græcis Kteis dicitur. Italis: Romiam. Gallis: Romious.

GENUS III.

Pectunculi. Kleine Strähl-Muschlen.

PECTUNCULI sunt Pectines testâ tenuiore & striis tenuioribus sed longè copiosioribus inæquiauriti sive auribus inæqualibus, valde compressi à cardine ad oram magis elongati, unâ aure admodum brevi, & quandoque omnimodè spoliati.

Species.

Pectunculus Rond. Kleine Jacobs-Muschlen *Gesn. Pecten tenuis Rum. Concha canaliculata & squamis aspera. Bon.*

Pectunculus vulgaris. *Pectunculus Rond.* pag. 18. Kleine Jacobs-Muschlen. Gesn. pag. 137. Bon. pag. 140. 141. n. 5. 6. 15.

Pectunculus imbricatus laminis striarum imbricum instar tantillùm prominentibus. *Pecten tenuis Rumph.* pag. 141. Tab. 44. lit. C. *an Concha canaliculata & squamis aspera.* Bon. pag. 445. n. 69.

Pectunculus imbricatus aure majore superius rugosâ & statim sub illâ denticulatus laminis striarum imbricum instar notabiliter prominentibus.

Pectunculi Gallis Petonçles dicuntur, Normannis: Hannons. Romanis verò Gongole.

GENUS IV.

Conchæ pectiniformes æquilateræ subrotundæ. Gleichseithige strählförmige rundächte Meer-Muschlen.

CONCHÆ pectiniformes æquilateræ subrotundæ sunt Conchæ marinæ valvis æqualibus æquilateræ mediocriter vel leviter um-

bonatæ & rectà incurvatæ ſtriatę ſtriis craſſioribus internè majori ex parte canaliculatis & verſus extimam oram compreſſæ ſubrotundæ.

Species.

Concha pectiniformis æquilatera ſubrotunda vulgaris. Bon. pag. 446. n. 94. item pag. 447. n. 103.

Concha pectiniformis æquilatera ſubrotunda rugoſa, papilloſa, aculeata, dentata, vel imbricata. *An Pectunculus vulgaris Rumph. vel ejus Radula.* pag. 142. Tab. 44. lit. E. D. *an Concha Corallina aliter Pictorum dicta* Bon. pag. 441. n. 18. item pag. 445. n. 71. item pag. 446. n. 84. 88. 101. & pag. 447. n. 117. & forte etiam pag. 448. n. 128. *Pectunculus vulgaris vel Radula Rum Concha Corallina vel Pictorum Bon.*

GENUS V.

Conchæ Pectiniformes æquilateræ à cardine ad oram magis contractæ. Gleichſeithige ſtrahlförmige ablange Meer-Muſchlen.

Species.

Concha pectiniformis æquilatera à cardine ad oram magis contracta vulgaris. *an Pecten virgineus Rumph.* pag. 142. Tab. 44. lit. F. *Pecten Virgineus Rum.*

Concha pectiniformis æquilatera à cardine ad oram magis contracta admodum rugoſa. *an Pecten granoſus Rumph.* pag. 143. Tab. 44. lit. K. *Pecten granoſus Rum.*

Concha pectiniformis æquilatera à cardine ad oram magis contracta ſtriis ſtriatis & extimâ orâ laciniatâ. *an die geribde Venus-doublet Rumph.* pag. 160. Tab. 48. n. 6. *Geribde Venus-doublet Rumphii.*

Conchæ pectiniformes præcipuè à pectinibus & pectunculis differunt, quia auribus ſunt deſtitutæ. Si autem concharum valvæ tam ſuperior quàm inferior magnitudine, figurâ & cavitate ſibi ſimiles ſunt, valvæ æquales vocantur; Cardo verò valvarum eſt illa pars, quâ ſimul conjunguntur, & oram conſtituit ipſamet peripheria: ipſæ autem conchæ, ſi æqualiter ex utroque cardinis latere effundantur, æquilateræ dicuntur. *Quid ſint valvę æquales, quid earum cardo et quid conchæ æquilateræ.*

SECTIO III.

